



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1787**

**VD18 90119649**

Liber CCXXXIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)




# HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ.

*LIBER CCXXIII.*

BENEDICTUS XIV. PONTIF. MAX.  
IMPERII ROM. VICARIATUS.



§. I.

*Nova operum S. Ephremi Syri editio studio Cardinalis Quirinii adornata.*

Nec huic sæculo deerant Viri eruditi, *Sæc. XVIII.*  
quos continuum studium, indu- *A. C. 1740.*  
stria atque ipsa natura ad evolvendos  
*Hist. Eccles. Tom. LXXVII. A præ-*

Sæc. XVIII. præprimis veteres S. Patrum Codices  
A. C. 1740. comparaverat. Facem his prætulerant  
 doctissimi æternaque memoria dignissimi Patres Benedictini S. Mauri, quorum laboris assiduitati ac vigiliis universa Ecclesia in acceptis referre tenetur elimatissimas plurimorum Patrum editiones, hisque adjunctas præfationes notasque longe eruditissimas. Horum gloriam toti orbi adeo proficuum laudabilissime æmulatus est Angelus Maria Cardinalis Quirinius, Italiæ lumen, Purpuræ decus, Musarumque deliciæ, & totius sui Ordinis Benedictini ornamentum in paucis singulare. Hic jam anno hujus sæculi trigesimo secundo, quo a Clemente XII. Papa Bibliothecæ Vaticanæ Præfectura augebatur, curandæ novæ editioni operum S. Ephremi Syri animum adjecit. Floruit S. hic Pater natione Syrus sub Constantino Magno, eximia humilitate insignis, & tam vasta eruditione clarus, ut *Orbis Magister* passim nuncuparetur: ejus vero scripta, S. Hieronymo teste, Ecclesiæ Orientales pari ferme in pretio, quo Canonicos libros, habebant. Porro ejusdem doctissimas juxta ac piissimas lucubrationes ex græco idiomate omnium primus latinitate donaverat Gerardus Vossius Præpositus Tungrensis, qui suam versionem primum Romæ 1569. edi-

edidit, eamque anno reparatæ salutis Sæc. XVIII.  
 millesimo quingentesimo octogesimo no- A. C. 1740.  
 no Sixto V. nuncupavit. Præ cæteris  
 vero hujus S. Patris opera, ut Quiri-  
 nius nova editione latina donaret, ipsum  
 sane operis præstantia, & contentæ do-  
 ctrinæ ad convellendos Novatorum er-  
 rores natæ soliditate permotum fuisse,  
 minime dubium est, alias quoque sui  
 selectus laborisque rationes explicat ip-  
 semet in epistola nuncupatoria primo  
 editionis suæ tomo præfixa his verbis:

„Quam Sanctitas vestra, dum me Ro-  
 „manæ Sedis Bibliothecarii munere  
 „auxit, expectationem mei sibi fecisse  
 „fassa est Apostolicis literis ad me datis  
 „die XXVI. Maii anni proxime elapsi,  
 „ut nimirum ex Præfectura, operaque  
 „mea sacrorum studiorum utilitas, ac  
 „Vaticanæ Bibliothecæ ornamentum  
 „proficiscerentur, eam, inquam, expe-  
 „ctationem sustinere ac tueri, quoad  
 „virium mearum imbecillitas patiatur,  
 „nisi diligentissime curarem, nemo pror-  
 „sus esset, qui me gravi piaculo absol-  
 „veret. Itaque mora haud ulla inter-  
 „posita in animum induxi, doctis illis  
 „viris, quos Lyceum Vaticanum com-  
 „plectitur, novas aliquas veterum Ec-  
 „clesiæ Patrum editiones proponere,  
 „quas collatis operis luculentas, atque  
 „ad Vaticanos Codices emendatissimas

A 2

„ador-

Sæc. XVIII. „adornarent. Occurrit præ ceteris  
 A. C. 1740. „sanctus Ephræm Syrus. Editioni  
 „autem huic aggrediendæ, præter  
 „Apostolici Bibliothecarii munus, quod  
 „gero, haud levem stimulum adjun-  
 „xit titulus sancti Marci, unde Car-  
 „dinalatus meus ornatur: siquidem  
 „id agens æmulari mihi videor egre-  
 „gium studium, quo erga tanti Pa-  
 „tris opera flagrasse præclarissimum ci-  
 „vem meum, Cardinalem itidem sancti  
 „Marci, Augustissimum Valerium, ve-  
 „teres nonnullæ sancti Ephræm Editio-  
 „nes eidem inscriptæ testantur. Ad-  
 „dam præterea, Episcopo etiam Bri-  
 „xiensi Editionis hujus curam satis apte  
 „congruere, cum Brixensium typorum  
 „laus fuerit, quod si non omnium pri-  
 „mi, ut quidam autumarunt, saltem  
 „inter primos, Opera sancti Ephræm  
 „evulgasse comperiantur.“ Cæterum  
 ad perficiendum hoc opus Cardinalis  
 maxime utebatur cura & studio Josephi  
 Simonii Assemani ejusdem Bibliothecæ  
 Pro-Præfecti & Basilicæ S. Petri Cano-  
 nici, qui natione Maronita, eruditione  
 & linguarum maxime Orientalium pe-  
 ritia apprime excultus sibi hoc onus a  
 Cardinale ideo imponi credidit, quia  
 Syrum Doctorem a Syro homine, si non  
 pro dignitate saltem cum toto animi stu-  
 dio viriumque conatu accipiendum esse  
 exi-

existimavit. Præterea Quirinius in la-  
 boris societatem pariter advocabat Pe-  
 trum Benedictum Ambarachum pariter  
 omnigenæ eruditionis Maronitam, qui  
 in Pisano Athenæo diu sacrarum lite-  
 rarum Professoris munere laudabilissime  
 functus erat. Alterum igitur novæ  
 hujus editionis tomum Cardinalis anno  
 1736. Clementi XII. obtulit, & quæ in  
 ea continentur, his verbis exposuit:  
 „Benignitas illa singularis, qua Sancti-  
 „tas Vestra manibus meis dudum obla-  
 „tum priorem Tomum novæ Editionis  
 „Operum sancti Ephrem e Vaticanæ  
 „Bibliothecæ Lyceo prodeuntem exci-  
 „pere dignata est, eadem mihi persua-  
 „sit, haud minus liberaliter exceptum  
 „iri Tomum alterum, qui in præsen-  
 „tiarum itidem sub Sanctitatis Vestræ  
 „auspiciis apparet. Sanctissimi, ac ce-  
 „leberrimi illius Patris complectitur iste  
 „Commentarios in sacram scripturam,  
 „cujus anima eundem spiritus lumine  
 „illustrasse, testatur S. Gregorius Nyf-  
 „senus, atque Syriacum exhibet Tex-  
 „tum, ipsum scilicet Syri Doctoris idio-  
 „ma, cujus potiundi nulla unquam eru-  
 „ditis Viris restabat spes, horum votis  
 „eo tantum tendentibus, ut Græcis  
 „saltem fruerentur. Jure itaque ac me-  
 „rito, Beatissime Pater, Vaticana Tua  
 „Bibliotheca, cujus mihi curam de-  
 „man-

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1740.

Sæc. XVIII. „mandasti, magnopere gloriatur, quod  
 A. C. 1740. „locupletissimam modo S. Ephræm Edi-  
 „tionem, Græcam scilicet & Syriacam  
 „cum latinis interpretationibus profe-  
 „rat; quando illa, quam centum &  
 „quingenta circiter abhinc annis  
 „Romæ suscepit Gerardus Vossius Præ-  
 „positus Tungrensis, ac trium Romano-  
 „rum Pontificum seu jussu, seu favore e  
 „Vaticana Typographia evulgavit, san-  
 „ctum Ephræm latine solum loquentem  
 „exhibeat; ea vero, quæ post medie-  
 „tatem sæculi decimi septimi mandante  
 „Clero Gallicano de more in Comitiiis  
 „generalibus congregato, seu suscepta  
 „fuit, non ultra sexaginta folia perdu-  
 „cta in ipso conatu defecerit; & postre-  
 „mo, quæ sub initium præsentis sæculi  
 „prodiit in Anglia, majoribus quidem  
 „in Scheldoniæ Theatri typis ornetur,  
 „at Græcum tantummodo Textum, Sy-  
 „riacis proinde, quin ipsis Latinis de-  
 „stitutum repræsentet. &c.

Tertium vero splendidissimæ hujus  
 editionis tomum idem Cardinalis Qui-  
 rinus Vaticanis typis ipsomet auspice  
 adornatum anno 1741. Benedicto XIV.  
 & anno 1743. quartum, nec non evo-  
 lutis octo mensibus quintum tomum ob-  
 tulit, in cujus epistola nuncupatoria  
 præprimis hæc ejus verba ad Benedi-  
 ctum

ctum XIV. notanda veniunt: „Præcla-  
 „ram hanc editionem Orientalium Ec-  
 „clesiarum sanctissimi, ac celeberrimi  
 „Patris, cujus scripta apud easdem, di-  
 „vo Hieronymo teste, locum ferme pa-  
 „rem cum libris Canonicis obtinebant,  
 „quamque, ceu firmissimum Catholicæ  
 „veritatis præsidium, olim in votis ma-  
 „xime habuit Clerus Gallicanus (nihil  
 „tamen de Syriaco textu cogitans, quod  
 „ejus assequendi spes omnis jam periis-  
 „set) Præclaram, inquam, hanc Edi-  
 „tionem, numeris omnibus absolutam,  
 „si Nicolai V. temporibus Vaticana Bi-  
 „bliothea emississet, an non putas, Bea-  
 „tissime Pater, eum Pontificem vel ex  
 „hoc uno non beatissimum sibi futurum?

De sexto hujus editionis tomo Qui-  
 rinius hæc addit: „Sextus tomus, qui  
 „unice edendus superest, ut, statim ac  
 „Roma discederem, prælo committi  
 „posset, quæcunque opus forent, di-  
 „sposui atque paravi, quin etiam refu-  
 „gerem propriam pecuniam (quod alias  
 „feci) ad typorum sumptus contribuere.“  
 Cæterum Photius in perlegendis hujus  
 Doctoris operibus vel maxime se esse  
 admiratum testatur, quod *nire permoveat animos, altissimeque penetret, summo-  
 pere delectet, & succo, sanguine, copia & suavitare plenissimus esset:* Magis adhuc



Sæc. XVIII. admirandum, & maxime commendandum in sancto hoc Patriarcha videtur, quod non modo ad debellandos veterum hæreticorum errores, sed & ad comprobandas fidei doctrinas, v. gr. de cælibatu, suffragiis mortuorum &c. quas Lutherus, Calvinus, ejusque sequaces impugnant, solidissima arma jam tot multis retro sæculis subministravit. Quid demum ad hæc Protestantes, dum, quod novissime negant, jam tot sæculis velut indubium dogma a tantæ auctoritatis ac doctrinæ Viro stabilitum legunt? Profecto dubium est, an quis magis imprudentiam, quam incitiam admiretur recentioris cujusdam Protestantis, qui hæc scribere non erubescit: *Etiamnum Catholici novis intenti sunt mediis, quibus persuadeant Protestantibus, Romanam Ecclesiam omnibus esse antiquissimam, eorumque dogmata esse eadem, quæ primitiva N. Testamenti Ecclesia professa est. Ad id deservire censent hucusque incognita S. Ephremi opera, quorum editio hæctenus Romæ adornata fuit. Fidei doctrinæ, quas hic Sanctus tradit, ad amissim conveniunt cum fidei dogmatibus Ecclesie Romane: jam anticipata in suis operibus contra Lutheranos & Calvinistas arma acuit, & controversias novissimis temporibus contra S. Sedem Romanam motas, suo jam ævo*  
*plene*

Unparthei-  
sche Kir-  
chenhisto-  
rie. Tom. 3.  
p. 671.

plene decidit. *Ast hac ipsa de caussa* Sæc. XVIII.  
*Protestantes illius opera pro suppo-* A. C. 1740.  
*sitiis habere malunt.* Proh! quam  
 crassa ignorantia! quam effrons temeritas!  
 Ergone hucusque incognita erant S. Ephræmi opera, quæ tam amplis e-  
 logiis jamjam S. Hieronymus, Gregorius Nyssenus, Sozomenus & alii quam  
 plurimi passim celebrant, quorum etiam  
 tot Codices Syriaci & Græci in pluri-  
 mis Bibliothecis exstant, tot versiones  
 latinæ jam 1589. Romæ, Colonix,  
 Antverpiæ &c. prodierunt? Et hæc so-  
 lus ignorat tantus Magister, tantusque  
 Historicus; legat saltem sui Cavei Hi-  
 storiam literariam pag. 149. & de sua  
 inscitia erubescere & saltem fateri di-  
 scat, quod hic sanctus Scriptor *hæreti-*  
*cos Ecclesiæ Catholicæ doctrinam corrup-*  
*pentēs vehementer detestatus sit, eorumque*  
*fraudes & versutias mira dexteritate &*  
*acumine sæpius redarguerit.* Hæc sibi  
 suisque dicta credat: Quo ruis autem,  
 dum una ex parte negare non audes,  
 fidei Catholicæ dogmata ab hoc Au-  
 ctore jam ineunte hoc sæculo IV. stabi-  
 lita fuisse, ex altera vero te non pudet  
 affirmare, quod *ea de caussa* Protestan-  
 tes, ne se a veteris Ecclesiæ doctrina  
 fæde recessisse fateri cogantur, potius  
 hujus Sancti libros pro supposititiis ha-  
 bere malint, modestius & cautius sane

Sæc XVIII. loquuntur & honori suæ sectæ consulunt  
 A. C. 1740. Protestantes eruditi, qui duntaxat optant, ut si non Syriacis (quæ tamen magno numero in Bibliotheca Bodleiana Lugduno-Batava alibique reperiuntur) saltem Græcis frui liceret, sicque ad fontes paulo propius accedendi, & de versionibus, quas habemus, certius judicandi copia daretur. Hi ne quidem somniant Ephræmi opera ideo supposititiis adscribere, quia ibi nimis aperte propugnantur fidei Catholicæ dogmata, quæ Novatores ex Albo novellæ suæ doctrinæ expunxerunt: Quid enim hoc aliud esset, quam ad plenam lucem meridianam oculos claudere, ne lumen videatur? quid magis expeditum ad stabiliendos novos errores, & elidenda antiquæ veritatis testimonia, quam pro arbitrio dicere, ea esse supposititia? Ita quondam Lutherus, ne suam doctrinam S. literis adversam esse manibus palparetur, libros & textus, in quibus vera doctrina continetur, vel expunxit, vel depravavit, vel pro apogryphis habuit: si autem ita agere liceret, quodnam veritatis testimonium ab ejusmodi corruptorum petulantia fatis tutum erit?

Attamen sub idem tempus alia magis seria ac erudita movebatur controversia inter clarissimum P. Augustinum Cal-

Calmetum Benedictinum, & P. Turnemini-  
 um agitata: occasionem eruditæ  
 liti dedit ejusdem S. Ephræmi sermo *de*  
*resurrectione*, qui etiam inscribitur in  
*pretiosam & vivificam Crucem*. Ibidem  
 enim versiculus 9. Psalmi nonagesimi  
 quinti ita refertur: *Dominus regnavit a*  
*ligno*. Ita quoque Ecclesia in Hymno  
*Vexilla Regis &c.* qui Theodulpho ad-  
 scribitur, canit: *Impleta sunt, quæ con-*  
*cinit David fidei carmine dicens in Natio-*  
*nibus regnavit a Ligno Deus*. Jam ve-  
 ro Turneminius hanc particulam *a Ligno*  
 apud ipsum S. Ephræmum legi propu-  
 gnabat, nec immerito; quippe Gerar-  
 dus Vossius hujus sermonis Interpres  
 hoc verbum ipsi textui suæ versionis ni-  
 hil prorsus hæsitans inseruit, & in scho-  
 lio ad hunc sermonem confidenter affir-  
 mavit, ita apud Authorem hunc (Ephræm)  
 haberi, nec non apud S. Augustinum &  
 in Psalterio veteri ac Romano (a ligno)  
 addi, uti hic apud Ephræm. Itaque Vossii  
 testimonio ac lectioni sine ulteriori crisi  
 & ne quidem inspecto ullo Codice Va-  
 ticano insistens Turneminius in epistola,  
 quæ Auctori Mercurii Gallici inscripta  
 ad mensem Septemb. an. 1733. recita-  
 tur, velut de triumpho certus pronun-  
 tiat, quod nimis audax esset, qui hanc  
 additionem toti Orienti incognitam fuisse  
 diceret: Eandem S. Ephræm Syrus in suo  
 pri-

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1740.

Vid. Lyra-  
 num in hunc  
 Psalm.

Sæc. XVIII.

A.C. 1740.

*primo sermone de resurrectione citavit, necesse igitur est, hunc illam legisse in Manuscriptis Codicibus, versionis Syriacæ suæ Ecclesiæ, in versione ex septuaginta facta, quæ æque antiqua, ac ipsa est Ecclesia; nec posteriores versiones parem habent auctoritatem. . . . . Dubitari nequit, prætensam hanc additionem jam ante ipsam Christi fidem in quibusdam Syriacis Codicibus extitisse, doctus enim Tryphon Justinum confutasset, falsificationis quod hic S. Doctor Judæis objecit, in Christianos rejiciendo; doctus enim hic Rabbinus Justino dixisset, Codices scriptos, ubi vestra Prophetia legitur, primum post Christianæ Religionis ortum in lucem prodisse, & Christianorum manibus fuisse inventos; hoc factum proferre ausus non est; notum enim sibi habuit, hanc additionem haud magis antiquam esse, quam Christianismum. Verum Calmeto in citati Psalmi versum ea infedit opinio, illud a ligno primum ex Christiana pietate ad marginem libri fuisse adscriptum, ac demum ex margine ad ipsum librum & textum sermonis Syriaci irreplisse. Huic quoque sententiæ adstipulatur Cardinalis Qurinius, qui huic controversiæ, quæ sua ætate acrius quam unquam revixerat, finem imponere intentus, dum novæ editionis adornandæ studio insudaverat, hanc in*

rem

rem vetustissimos omnes Codices Vaticanos, qui hunc S. Ephræmi sermonem præferebant, solertissime evolvit,prehenditque, hæc verba in omnibus (ne uno quidem excepto) Codicibus desiderari, imo ne quidem in Anglicis, unde editio Oxoniensis operum S. Ephræmi desumpta est, nec etiam in Veneto Codice Bibliothecæ S. Marci reperiri. Insuper Quirinius in Bibliotheca Monasterii S. Galli binos Psalmorum Codices antiquitate atque ornatu præstantissimos sedulo evolvit, exploraturus, an inde lectio *regnabit a ligno* probari posset, cognovit tamen, utrumque Codicem ea lectione carere. Denique rationes, quas Turneminus in suæ sententiæ favorem attulit, discussurus, non aliam, inquit, *versionem Syriacam* novimus, præter eam, in qua additio illa non comparet; deinde *textus Syriacus* ejus sermonis, nec in *Vaticana Bibliotheca*, nec alibi (quod sciamus) reperitur; demum *manuscripti Græcum* ejusdem textum afferentes, ii certe, quos superius laudavi, ea conditione destituuntur.

*Turneminio* ultra dabo, additionem lectam fuisse a *Justino* in *Græco* aliquo exemplari. At minime admittam, ex docti *Rabini* silentio arguere licere, eundem confessum fuisse falsitatis crimen, quod genti

suce

Sæc. XVIII.

A.C. 1740.

Sæc. XVIII. *suæ objecit Justinus. Opus illud Justinus legenti satis aperte constabit, eum in refutando Tryphone id negotii nequaquam sumsisse, ut quæcumque iste ad retundendas accusationes seu afferret, seu afferre posset, ipse accusationibus iisdem subjungere nunquam omitteret. Credat Judæus Apella, non ego, adeo bonum fuisse Tryphonem, ut sædissimam notam Judæis suis inustam rejicere neglexerit, quandoquidem præsto ei erant Græca exemplaria additionem non præferentia, quibus nimirum Origenes usus fuit in Hexaplis suis contexendis. Præterea non video, quodnam sit adhibitum a Tryphone silentium adversus intentatam suis Principibus a Justino criminationem. Siquidem ad hanc Tryphon illico ex ipso Justino reposuit: An pro eo atque eis, in scripturis aliquid detraxerint, aut depravarint principes populi, Deus scire potest; videtur autem hoc incredibile, ἀπίστον δὲ ἐόντος τοῦ τοῦτο. Quibus verbis ea fortasse subdidit, quæ depravationis illius crimen in Christianos transferebant. At nil mirum, Justinum potius, quam illa recitare, suis magis magisque urgere adversarium laborasse; quare statim subjunxit: Incredible profecto, ego dixi, videtur. Magis enim est horrendum, quam*

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

quam vituli consecratio &c. Quid! quod ipse Justinus eam accusationem quodam modo deserit paucis interjectis, haud prorsus abnuens, nunquam audita ab Judæis fuisse in scripturis, quæ inde eosdem antea surripuisse affirmaverat. Quoniam vero neque in eo Origenis opere, neque in Hieronymi Vulgata, neque tandem in Græco veteris Testamenti textu Romæ ad fidem præstantissimorum Codicum Vaticanorum impresso, cura & diligentia Antonii Carassæ Cardinalis Bibliothecarii anno 1588. additio illa visitur, nemo non videt, quam justa suspicio sit, quam probarunt Faber Stapulensis, Augustinus Justinianus, Simeon Muisius, ac postremo (ut alios omittam) Augustinus Calmetus, ex Christiana devotione primum ad oram libri adnotatum fuisse A LIGNO, deinde ex ea ora in ipsum Psalmi textum irrepsisse.

## §. II.

*Jansenistarum cavillatio documento per Cardinalem Quirinium producto elusa.*

Idem Cardinalis propugnandæ veritati semper intentus, Jansenianæ factionis audaciam egregie confutaverat: rem ab alto repetam. Notum est, quod Car-



Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

Cardinalis Noaillius Archiepiscopus Parisiensis olim fortissimus Jansenistarum Achilles, & pertinax Pontificiæ Constitutionis oppugnator exeunte anno Christi septingentesimo vigesimo octavo supra millesimum plenam eidem Constitutioni *Unigenitus* obedientiam, reverentiamque præstitit, edito de super mandato Pastoralis: illud Cardinalis Quirinius anno sequenti Romæ publici juris fecit, præfixa Benedicti XIII. imagine. Hoc monumentum non modo in Italia, sed & in Galliis ubique divulgatum est, ac ipsemet Noaillius Cardinalis illud adhuc ante obitum suum una cum ejusdem Quirinii literis accepit, & non sine maxima animi sui voluptate relegit: prout ipsemet in responso ad eundem Cardinalem dato testabatur. Applaudebant etiam non modo Pontifex, totumque sacrum Collegium, & universa Curia Romana, sed & omnes Franciæ Præsules, ac ipsemet Galliarum Rex, soli autem Jansenistæ sibi lethale vulnus fuisse inflictum dolebant; cum enim, quem refractarium factionis Ducem sequi non erubuerant, obedientem Ecclesiæ Filium imitari nollent, omnes astutiæ fontes exhaustere, ut tam celebre retractionis documentum enervarent, nil autem magis expeditum censebant, quam si Noaillii poli-

palinodiam in dubium revocarent, imo hunc Cardinalem paucis ante mortem suam diebus omnino factam Constitutionis acceptationem retractasse, in vulgus spargerent; nec eis speciosus hujus calumniæ obtentus deerat; proferebant enim scriptum quoddam a Curia Episcopali Parisina, uti fingebant, Mense Februario anno hujus sæculi vigesimo nono emissum, illud ergo tanquam prioris acceptationis palinodiam impudenter interpretari non dubitabant. Id ubi intellexerat Cardinalis Quirinius, famam celeberrimi hujus Cardinalis Noaillii tam indigna, tamque palpabili calumnia proscindi, acerbissimo dolore ferebat; nil ergo ad confundendam hanc calumniam efficacius, magisque necessarium reputabat, nisi ut constantem Noaillii mentem ac obedientiæ suæ usque ad obitum continuatæ sinceritatem ipsismet hujus Cardinalis Archiepiscopi verbis testatam redderet; hunc in finem typis evulgari curavit prius præfatas Eiusdem Purpurati literas, quas prædicti anni die vigesima prima Martii, proin quadraginta duobus ante obitum suum diebus responsi loco ad ipsum dederat hujus tenoris: „Eminentia vestra nec „luculentiori signo mihi testatum red- „dere potuisset suum erga me affectum, „nec ego majori cum voluptate id reci- „pere

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

Com. Hist.  
Quir. part.  
II. 1. II. c. 3.  
§ 14.

Sæc. XVIII. „pere potuiffem : ea veneratio, qua fem-  
 A. C. 1740. „per ejus merita jure profecutus fum,  
 „eaque opinio, quam de ejus integri-  
 „tate mihi cognita femper fovi, reci-  
 „proci mei affectus fponfores funt, no-  
 „vo autem testimonio firmantur nupe-  
 „ris literis, quas adeo obfequiofas com-  
 „perio, ut intimo me gratitudinis fenfu  
 „afficiant. Millenas rependo grates  
 „tam pro iis, tam pro summi Pontificis  
 „tabella non minus rara, quam specio-  
 „fa, quam mihi dono fubmittere pla-  
 „cuit. In illa non minori admiratione,  
 „quam gaudio conſpexi prodigia Zeli  
 „vere Apoftolici, quo Sanctitas ſua er-  
 „ga ſacri Miniſterii functiones exarde-  
 „ſcit, hæcque tabella mihi non modo  
 „chara eſt propter Perſonam repræſen-  
 „tatam & propter manum donantis, ſed  
 „vel maxime ob locum, qui in ea mihi  
 „vendicatur. Hunc benevolo Eminen-  
 „tiæ veſtræ animo, ſimulque *tenerrimæ*  
 „*ſubmiſſioni meæ juxta ac doctiſſimo Pon-*  
 „*tifici pro merito præſtitæ in acceptis re-*  
 „*ſerre teneor : ſumma æquitas cum*  
 „*hujus actionis meæ ſinceritate con-*  
 „*juncta eſt, & hi ſenſus mei uſque ad po-*  
 „*ſtremum vitæ meæ halitum perdurabunt.*  
 „Eminentiam veſtram rogo, ut quem-  
 „admodum *meum obſequium erga ſacram*  
 „*Sedem, meumque pacis amorem teſtatum*  
 „publicumque reddere dignata eſt, ita  
 &

„& meæ mentis candorem palam face-  
 „re velit: utrumque omni data occasio-  
 „ne, prout Episcopum decet, compro-  
 „babo, & ardentè in rem meam ver-  
 „tere studebo illas occasiones, quibus  
 „plenam meam gratitudinem, sinceram-  
 „que observantiam erga Eminentiam  
 „vestram comprobare potero“

*Noaillius Cardinalis.*

Hujus epistolæ autographum Qui-  
 rinus Cardinalis Benedicto XIII. Pon-  
 tifici exhibuit, qui ad primum ejus ob-  
 tutum in lacrimas, quas paterna amo-  
 ris viscera exprimebant, erupit, huic-  
 que chartæ mille oscula dedit, tandem-  
 que Quirinio præcepit, ut hoc docu-  
 mentum mox publicis typis committe-  
 ret, & quidem unacum epistola, quam  
 ipse ad Noaillum transmittendo præfa-  
 tam tabellam dedisset: id etiam postea  
 factum est consentiente ipso Noaillio  
 Franciæ Mareschallo: cum ergo hac  
 Noaillii declaratione post supposititiam  
 ejusdem revocationem facta, velut in-  
 signi Catholicæ veritatis triumpho, &  
 Noaillianæ acceptationis testimonio Jan-  
 senianæ fraudis ac calumniæ fallitas  
 fuisset luculenter detecta, quanta fuit  
 Corradini, Fleurii, aliorumque Cardi-  
 nalium, & Præsulum, omniumque pro-  
 borum exultatio, tanta quoque erat

B 2

Re-

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1740.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

Refractariorum confusio, & indignatio, cumque rei gestæ veritatem negare haud possent, iram suam in ipsos Noaillii manes effudere, eumque nequidem amplius nominare dignati, illum velut juratum suum hostem, ac veritatis proditorem detestabantur. Ceterum spre- tis eorum criminationibus, præprimis Quirinius Cardinalis eo intentus erat, ut Colbertum Montpeffulanum Episco- pum, alterum factionis Jansenianæ ful- crum, qui adhucdum vita superstes erat, ad tam præclari exempli imita- tionem luculento hoc sui Archiepiscopi testimonio perduceret. Ea gratia præ- fatam hanc Noaillii declarationem, qua constans ejusdem usque ad obitum vo- luntas ac submissio comprobata fuit, ad Marchionem de Torcy dicti Montpeffu- lani Præsidis Fratrem transmisit, effli- ctim petens, ut eundem hortaretur, quatenus in idem hoc Noailli testimo- nium ceu in speculum inspiceret, ejus- que gloriosa premeret vestigia. Annuit Marchio Quirinii votis: ast ab eodem paulopost edoctus fuerat, quod hoc scriptum ad suum Fratrem quidem transmiserit, hic vero eidem responde- rit, controversias, quæ per tot jam an- nos motæ, & funestis diffidiis Eccle- siam scinderent, captum laici excedere, potius igitur observandam esse tacitam legem,

legem, qua jam dudum se in mutuis eorum literis de iis nullam facturos mentionem polliciti essent. Quamvis autem Montpessulanus Antistes, ut ad cor rediret, monentis vocem audire noluerit, *certo certius tamen constat*, ut ait Quirinius Cardinalis, per idem hoc Noaillii exemplum *inermem redditam esse Jansenistarum audaciam falso jactantium, Noaillium Constitutionis acceptationem ante mortem revocasse*. Præterea Noaillianæ retractationis sinceritas abunde comprobata fuit ex responso, quod Ludovicus Franciæ Rex ad præfati Cardinalis literas dedit, suumque solatium ex percepta ejusdem palinodia testatum reddidit. (\*)

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

B 3

§. III.

(\*) Regias hasce literas Gallica, in qua scripta erant, lingua adduco, ne versione ab ejus merito quicquam decessisse credatur.

*Mon Cousin!*

*Le mandement, que vous venez de publier, me donne une si sensible ioye, que ie ne puis m'empêcher, de vous marquer moy meme le gré, que ie vous en scay. J'avois toujours désiré ardemment, que vous prenniez ce parti, mais ie n'ay pas voulu vous en parler, pour vous entaïffer tout le merite. J'espere, que Dieu benira la droiture de vos intentions, et que votre exemple ramenera tous ceux, qui jusqu'icy*  
se

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

§. III.

*Epistola Pastoralis Georgii Lazari  
Bergeri de Charancy Montpes-  
sulani Episcopi.**Vid. tom. 76.  
p. 628.*

Jam supra meminimus, quod post obitum Bonnerii famosi Jansenistæ ac Lanfargiensis oppidi Diœcesis Montpessulanæ Parochi inter ejus scripta fuerit reperta quædam *epistola encyclica ad S. Augustini Discipulos* directæ, seu ut etiam vocabatur, *arcana Jansenismi statuta*: cum autem hoc scriptum ad seducendum populum ac præcipue Clerum esset aptissimum, hinc Georgius Lazarus Berger de Charancy Montpessulanus Episcopus, in cujus manus hoc scriptum inciderat, illud confutare, & Jansenistarum artes, fraudes ac impietates, ut Clerum suum ab hoc veneno præmuni- ret, usque ad ultimas fæces detegere aggressus est, edita hoc anno *Epistola Pastoralis*, cui postmodum ad calcem sub-

---

*se sont opposés à la paix. Vous pouvez compter en tout sur ma protection, & sur ma sincère affection pour vous. Sur ce ie prie Dieu, mon Cousin, qu'il vous ait en sa sainte & digne garde. A Fontaineblau le 22. Octob. 1728.*

Louis.

subjunxit ipsa *arcana Jansenismi statuta*, Sæc. XVIII.  
 seu præfatam Epistolam encyclicam, A. C. 1740.  
 quæ proprio dicti Parochi chirographo  
 descripta reperiebatur. Argumenti gra-  
 vitas, & rationum efficacia deposcit, ut  
 eam Lectori nostro integram exhibea-  
 mus. En illius tenorem:

*Charissimi Fratres!*

„*Diabolus*, ait S. Cyprianus, *videns*  
 „*idola derelicta*, *excogitavit novam frau-*  
 „*dem*, *hæreses invenit & schismata*. Hic  
 „*pudenda scelera fovisse*, & *passionum*  
 „*ardorem inflammasse*, easque sub Dei-  
 „*tatis larva suis Adoratoribus velut Dei*  
 „*cultum instillasse* haud contentus erat,  
 „*noverat enim hæc ipsa crimina nil nisi*  
 „*sceleratorum ruinam, & duntaxat exi-*  
 „*guum sectatorum & affeclarum nume-*  
 „*rum post se trahere*. Ast majorem lon-  
 „*ge vastitatem agro Dominico infert hæ-*  
 „*resis*, hæc enim in singulorum, quos  
 „*inficit*, cordibus erroris ac proprii ju-  
 „*dicii idolum erigit*, quod integra re-  
 „*gna ac gentes Christo Jesu eripit*.

„*Id ipsum est*, quod infernalis ho-  
 „*stis per Idololatriam*, quæ per aliquot  
 „*sæcula in orbe dominabatur*, sat po-  
 „*tenter effecit*. Attamen inter omnes  
 „*hæreses illa omnium perniciosissima est*,  
 „*cujus sectatores*, etsi Ecclesiæ decisio-



Sæc. XVIII. „nibus palam resistent, ad tantam ta-  
 A. C. 1740. „men prolabantur temeritatem, ut in Ec-  
 „clesiæ gremio morari satagant, non  
 „alio ex fine, nisi ut eo tutius illius Fi-  
 „lios secum in perniciem rapiant: hi,  
 „ut præfatus S. Martyr ait, *intra septa*  
 „*Ecclesiæ contra Ecclesiam stant, & inte-*  
 „*stinum velut bellum accendunt, & qui-*  
 „*dem longe crudelius, quam ab aper-*  
 „*tis hostibus timendum foret, plus nocet,*  
 „ait S. Bernardus, *falsus Catholicus in*  
 „*Ecclesiæ sinu latitans, quam si verus*  
 „*appareat hæreticus,*

Serm. 65. in  
Cantic.

„Hæc est, Fratres mei charissimi,  
 „genuina facies Jansenismi; hæresis  
 „illa, quia statim a prima sua origine a  
 „summis Pontificibus & Episcopis, con-  
 „currente etiam Regia potestate, ma-  
 „ximo Zelo & imperterrito pectore impu-  
 „gnata fuit, hucusque tantas vires ac-  
 „quirere haud potuit, ut Ecclesiam a-  
 „perta fronte aggredi auderet, aut ob  
 „suorum paucitatem universale schisma  
 „ac scissionem a mystico Christi Corpore  
 „moliri posset: enimvero centies ac cen-  
 „ties anathemate perculsa fuit, ac pro-  
 „pterea contra supremum Ecclesiæ ca-  
 „put, æque ac contra ceteros Pastores  
 „furere cæpit, & demum a Catholicis  
 „Principibus exulare iussa cristas suas  
 „promiscue contra quamcunque pote-  
 „statem

„statem erexit, in ipso tamen rebellio- Sæc. XVIII.  
 „nis suæ æstu quamdam reverentiam A. C. 1740.  
 „& submissionis speciem erga sacram  
 „potestatem, quam impugnabat, con-  
 „jungere coacta fuerat. Novissime ve-  
 „ro eadem hæc secta Christi Vicarium,  
 „& visibile Ecclesiæ Caput palam accu-  
 „sare ausa est, perinde acsi Divinæ om-  
 „nipotentia derogaret, primumque De-  
 „calogi præceptum eliminaret, uno ver-  
 „bo, ejus decisiones tanquam senten-  
 „tias Antichristo dignas deridet, cum  
 „tamen se in summi Pontificis commu-  
 „nionem victuram, morituramque jacti-  
 „tet, interim vero opere nihil aliud in-  
 „tendat, quam ut simplicibus laqueos  
 „iniiceret: nil equidem hi Novatores  
 „frequentius in ore habent, quam seve-  
 „ram disciplinam, & morum emenda-  
 „tionem sedulo procurandam, nilque  
 „sæpius inclamant, quam Dei charita-  
 „tem: venenum tamen suum occultant,  
 „sectæ dogmata obvelare student, &  
 „pro re nata vel illa diffimulant, vel  
 „omnino negant, & nemini sese mani-  
 „festant, nisi intimis, fidisque amicis  
 „suis, & nequidem semper his, nisi  
 „prius de cæco eorum obsequio sat cer-  
 „ti sint.

„In hac rerum vicissitudine vobis sa-  
 „lutare illud Salvatoris nostri monitum

B 5

„incul-

Sæc. XVIII. „inulcamus: *Attendite a falsis Prophe-*  
 A. C. 1740. „tis, qui veniunt ad vos in vestimentis o-  
 „vium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces,  
 „Matth. 7. v. 15. Eos dignoscere diffi-  
 „cillimum est; illorum enim tentatio-  
 „nes sunt periculosæ, eorum artes sunt  
 „ad decipiendum efficaces, & simpli-  
 „ciores summa cautela indigent, ne in  
 „eorum casses ubique structas incidant.  
 „Ubi ergo summum obversatur pericu-  
 „lum, necesse est, ut hisce seductoribus  
 „detracta larva, Vobis illos manifeste-  
 „mus, ut ex fructibus eorum cognosca-  
 „tis eos. Matth. 7. v. 20.

„Divina providentia nobis ad hoc  
 „propitiam obtulit occasionem, dum  
 „casu in manus nostras incidit arcanum  
 „quoddam illorum scriptum, quo dam-  
 „nanda Jansenismi doctrina, simulque  
 „fallaces, quibus ejus sectatores illam  
 „firmare moliuntur, artes clare dete-  
 „guntur. Ergo operæ pretium est, ut  
 „de hoc scripto exactam Vobis relatio-  
 „nem faciam: hunc autem præsefert  
 „titulum: *Epistola encyclica ad S. Au-*  
 „gustini Discipulos. Ex tenore elucet,  
 „quod hujus scripti Auctores sint præ-  
 „cipua conjuratæ Porturegiæ factionis  
 „Capita, quorum prima molimina diu  
 „sub alto silentio contexta delituere, &  
 „duntaxat Nobis ex cujusdam doctissi-  
 „mi Præsulis, qui historiam Constitu-

et 300 III. 10V (\*) „tio-

tionis *Unigenitus* edidit, relatione in-  
 „notuit, quod hoc scriptum a quadam  
 „Moniali anno Christi millesimo septin-  
 „gentesimo decimo nono D'Aubigneo  
 „tum Rothomagensi Archiepiscopo con-  
 „signatum fuerit; cum enim præfata  
 „Virgo factionis suæ erroribus pertina-  
 „citer inhæssisset, Pater Quesnellus tan-  
 „tam in eam reposuit fiduciam, ut præ-  
 „fatum scriptum unacum alia sua epi-  
 „stola anno Domini millesimo sexcente-  
 „simo nonagesimo nono eidem trade-  
 „ret: progressu autem temporis tam  
 „hoc scriptum, quam præfata epistola  
 „in manus Ducis Aurelianensis incidit,  
 „qui utrumque folium discuti, & desu-  
 „per ad Sistaricensem Episcopum referri  
 „iussit. Ex succincta hujus Præfulis re-  
 „latione cuilibet ad evidentiam persua-  
 „sum erit, hoc scriptum tunc Rothmagi  
 „editum idem esse cum præfati scripto.  
 „Imo etsi ad scripti hujus veritatem  
 „comprobendam convincens hoc argu-  
 „mentum non sufficeret, nulli tamen  
 „desuper dubio locus relinquitur, post-  
 „quam illud in scriniis Bonnerii Lansar-  
 „gensis nostræ Diæcesis Parochi die  
 „vigesima septima Augusti anno hujus  
 „sæculi trigesimo sexto repertum, ac in  
 „lucem proditum fuit. Hic Vir vobis  
 „sat cognitus est, nec ignoratis, illum  
 „inter Jansenianos milites præcipuum  
 „ex-

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

Lib. 5. p. 87.

Sæc. XVIII. „extitisse Ducem, in ejus ædibus factio-  
 A. C. 1740. „forum conventicula fuisse habita, inde  
 „*Novellas Ecclesiasticas* ceterasque hujus  
 „factionis rapsodias in lucem prodiisse,  
 „illum præ ceteris fuisse conductum, ut  
 „omnia hujus sectæ negotia ipse per-  
 „tractaret, & collectiones ad ferendas  
 „communes expensas Confratribus in-  
 „dictas faceret.

„Cuncta hæc accusationum capita  
 „juridice comprobantur ex quodam  
 „scripto, quod ex supremi Magistratus  
 „jussu interceptum fuit, aliunde etiam  
 „hic Vir suos errores tanta intemperie  
 „propugnabat, ut propterea ad Bierren-  
 „se Seminarium exulare juberetur. Po-  
 „stea a *Novellarum Ecclesiasticarum Au-*  
 „ctore pro more hujus gentis inter Jan-  
 „senianæ factionis Sanctos recensitus  
 „est, ejusque exequiæ solemnibus panegyri-  
 „honoratæ fuerunt, quam in *Novellarum*  
 „folio ad decimam Novembris diem anni  
 „1736. legere poteritis. De obfirmata au-  
 „tem ejus mente in errore suscepto nul-  
 „lum superest dubium, postquam acta pri-  
 „die ante ejus obitum scripta idem *No-*  
 „vellarum Auctor ad nos transmisit, in  
 „quibus appellationem ad futurum Con-  
 „cilium innovavit (\*). Transumptum  
 „vero

(\*) *Ego infra scriptus Sacerdos & Lansar-*  
*giensis Parochus quia graviter infirmus, ac*  
*mortu*

„vero encyclicæ suæ epistolæ, quam vo-  
 „bis exhibemus, ipsius manu exaratum  
 „est, & ab illis ad Nos transmissum, qui  
 „illam post ejus obitum in ejus scriniis  
 „repererunt. In hujus facti veritatem  
 „inquiri, & Nobis præsentibus omnia  
 „a Viris peritis discuti jussimus, quin-  
 „imo ne de hujus scripti veritate dubi-  
 „tandi locus esset, declaramus vobis,  
 „quod illud ad Domini Gros Regii  
 „Montpessulani Notarii acta referri præ-  
 „ceperimus, ubi quivis de rei veritate  
 „certus fieri, & proprio oculorum te-  
 „stimonio convinci poterit, dummodo  
 „hoc scriptum cum aliis duabus scriptu-  
 „ris fide dignis, ibique annexis con-  
 „ferre voluerit: harum prima est liber,  
 „in quo Lansargiensis Parochiæ baptis-  
 „mi,

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1740.

*morti proximus brevi coram Christi Domini  
 tribunal comparere coactus sum, me ratione  
 officii mei, ac conscientie stimulo compulsus  
 sentio, ut ante mortem meam denuo renovem  
 testimonium, quod agnitæ veritati mea appel-  
 latione ad proximum Concilium Oecumenicum  
 a Bulla Unigenitus reddere dignatus fueram.  
 Igitur ea sinceritate, quæ a moribundo ex-  
 spectari potest, declaro, me interpositæ appel-  
 lationi firmiter insistere. Lansargii die 26.  
 Aug. 1736.*

BONNERY  
 Lansargiensis Curio.

Sæc. XVIII. „mi, matrimonia & exequiæ annotan  
 A. C. 1740. „tur, horumque acta proprio præfat  
 „D. Bonnery chirographo scripta & sub  
 „signata leguntur. Altera aliquot fo  
 „lius constans complectitur Theologica  
 „materias itidem propria ejus man  
 „scriptas, quæ in primo earum foli  
 „ipfius nomen scriptum præferunt  
 „Eapropter hoc autographum per inte  
 „grum Mensem in præfata Parochia pa  
 „lam exponi jussimus, ut illud inspicere  
 „& cum dicta epistola conferre, cuius  
 „liberum esset.

„De cetero, Fratres mei charissimi  
 „nolite mirari, quod hac agendi ratione  
 „usi fuerimus; hac cautela uti ob  
 „stricti fuimus, & quamprimum hujus  
 „scripti tenorem perlegeritis, de neces  
 „sitate hujus nostri consilii persuasi eri  
 „tis; nisi enim de dicti scripti veritate  
 „certitudinem haberemus, ægre inge  
 „nui homines sibi persuadere possent  
 „possibile esse, ut tam sceleratæ adha  
 „beantur machinationes, eo duntaxat  
 „sine, ut hæretica, & toties jamjam  
 „damnata doctrina sub nomine S. Au  
 „gustini venditaretur. Attamen id haut  
 „ultra mirum videbitur; quicumque e  
 „nim de hujus erroris sectatoribus cre  
 „dere vellet, eos tam violenti ac sacr  
 „legi moliminis incapaces fore, is sane

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„se hæreticæ pravitatis spiritum peni-  
 „tus ignorare manifestaret. Hæreticus  
 „nempe omnia moderationis repagula  
 „diffringit, postquam semel erroris im-  
 „perio in ambitionis suæ pœnam tradi-  
 „tus est. Enimvero hæresis in primo  
 „suo ortu ignara ac meticulosa est, pro-  
 „gressu autem temporis audax & teme-  
 „raria evadit, tandemque in rabiem  
 „ferme semper degenerat, si Deus ad  
 „probandam proborum virtutem permi-  
 „serit, ut illa ad summum obstinationis  
 „apicem pertingat. Tum vero in arcto  
 „posita per suos sectatores totum men-  
 „daciorum, calumniarum, falsitatum,  
 „& confictorum miraculorum appara-  
 „tum in aciem educit, verbo, quicquid  
 „petulans fanaticus excogitare potest,  
 „pertentat, prout cujusvis sæculi Hi-  
 „storia unanimi testimonio edocet.

„Id equidem, Charissimi Fratres,  
 „hodiedum oculis vestris perspicitis, for-  
 „te tamen hucusque non satis pondera-  
 „stis: præprimis ergo, ut rebellionis  
 „spiritus instilletur, passim ubique disse-  
 „minabatur scriptum hoc calumniis,  
 „probris & cujuscunque potestatis con-  
 „temptu a capite ad calcem turgidum:  
 „transmittebatur ad omnia viciniora lo-  
 „ca, ut supremum visibile Caput, omnes-  
 „que Ecclesiæ Pastores in invidiam tra-  
 „han-



Sæc. XVIII. „hantur, perinde acsi ipsamet veritas  
 A. C. 1740. „per vias adeo iniquas vindicari posset

„Frustra inter hujus erroris (\*) affe-  
 „clas unicus quæreretur, qui ejusmodi  
 „artes Christianæ sinceritati tantoper  
 „inimicas damnare voluisset: ipsa hujus  
 „scripti virulentia adeo Lectores suos  
 „fascinat, ut illud avidissime conqui-  
 „rant; quinimo non sine maximo ani-  
 „mi nostri mœrore, perlegere coacti fu-  
 „mus ejus apologiam cujusdam etiam E-  
 „piscopi, qui se *Jesu Christi Captivum* no-  
 „minare præsumit. Certe D. Paulus  
 „dum in vinculis hæsit, fidem iniquis  
 „adeo artibus non propugnauerat.

„Num vobis in memoriam revocent  
 „falsa miracula, utpote dignos hujus  
 „fallaciæ & mendacii fructus, quibus  
 „tamen hi velut propriis armis Eccle-  
 „siæ, infallibilis hujus Judicis auctori-  
 „tatem impugnant? En! prostituti pu-  
 „doris fœmina, ut amissæ virginitatis  
 „pœnam eluderet, prodigio sanitatem  
 „recuperasse mentitur, & tamen, post-  
 „quam etiam illa de crimine convicta  
 „factio

(\*) Epistola Abbatis Duguet Professoris O-  
 ratorii de Novellis Ecclesiasticis aliisque que-  
 stionibus.

ac ipsamet lapsum confessa fuerat (\*), **Sæc. XVIII.**  
factiosi hanc sanationem divulgare, & **A. C. 1740.**  
velut divinæ potentæ prodigium ven-  
ditare non erubuerunt. Insuper sine  
fronte & pudore producunt epistolam  
alterius fæminæ (\*\*), quæ tamen suæ  
sanationis descriptionem se inscia fa-  
ctam testimonio longe majori fide di-  
gno mendacii & falsitatis arguit. Præ-  
terea velut insigne miraculum jactita-  
bant sanationem valde consuetam  
cujusdam Studiosi ad hoc conducti,  
qui tamen vix metu liber, rei verita-  
tem

(\*) Hæc Filia vocabatur Elisabetha Laloe,  
de qua Janseniani Curiones Parisini divulga-  
bant, illam prodigiose meritis Ven. Paridis  
fuisse sanatam, postea tamen in puerperio con-  
stituta die 18. Jan. 1728. crimen confessa est,  
uti patet ex ipsius proprio chirographo & te-  
stimonio Mariæ Sammlerin Nutricis, cui in-  
fantum vel expositorum, vel spuriorum curam  
gerere demandatum fuit.

(\*\*) Maria Anna Dalmaix ex Lemovicensi  
Diœcesi, cui Auctor Novellarum Ecclesiasti-  
carum miraculum ad diem 23. Octobris anni  
1733. affinxit, epistolam eidem falso suppo-  
sitam fuisse testata est: hujus rei documentum  
actis Raymundi in minori Parisiensi arce No-  
tarii insertum est, falsique hujus miraculi spu-  
ria relatio reposita reperitur.

*Hist. Eccles. Tom. LXXVII*

C

Sæc. XVIII.  
A.C. 1740.

„tem confessus est. Nihilominus factio-  
„si ab iniquarum artium suarum exer-  
„citio non desistunt (\*), sed proterve ceu  
„prodigium venditant casualem & arte  
„medica procuratam sanationem cujus-  
„dam exteri Nobilis (\*\*), etsi hic tota-  
„que ejus familia hujus miraculi falsi-  
„tatem testatam reddiderit. Quinimo  
„ad tantam prorupere petulantiam, ut  
„surdum & mutum suorum sensuum u-  
„sum miraculose recuperasse propugna-  
„rent, cum tamen ipsum adhuc linguæ  
„usu destitutum esse lippis & tonsoribus  
„notum, & juridica inquisitione com-  
„probatum esset, hunc sicut antea adhuc  
„dum nec audire nec loqui posse (\*\*\*)  
„Tan-

---

(\*) Ipse Dominus le Douly in sua epistola ad Laudanensem Episcopum die 22. April. 1733 miram hanc sanationem nullatenus prodigiosam fuisse declarabat.

(\*\*) Hic vocabatur Palaciosus, hunc præfati Parochi in dicto libello supernaturaliter sanatum fuisse fingebant. Vide acta desuper ex Hispaniis huc allata.

(\*\*\*) Joannes Nivetus erat, qui sanitati restitutus fingebatur; ast post juridicam inquisitionem quadriennio elapso factam deprehensum est, ipsum etiamnum esse mutum & surdum. Vide relationem desuper factam, & Parisiensis Curiaë tabulis insertam.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„Tandem ordinarios casus in miracula  
 „transformare jamjam assueti, etiam  
 „apoplexiæ tactum, quo sicut nihil ma-  
 „gis fatale, ita nihil magis commune, pro-  
 „digii loco habent, nec tamen quampiam  
 „fæminam deliquo absorptam in hujus  
 „rei testem vocare verentur, eique quæ-  
 „dam affingunt verba, quorum tamen  
 „ipsa sibi reddita haud amplius recorda-  
 „batur: crimen insuper eidem impu-  
 „tant, quod tamen præter ipsam solam  
 „nemo alius scire potuisset, illudque illa  
 „constanter perneget (\*). Hæc & plu-  
 „ra alia ejusmodi facta non minus sunt  
 „notoria, quam legitime comprobata,  
 „& vos ipsimet his similia propriis ve-  
 „stris oculis perspexistis: ast hæc omnes  
 „falsitates adhuc leviores sunt; quippe  
 „deficiente vero miraculo quidam ex  
 „vestris Confratribus (\*\*\*) recoquere sa-  
 „tegit illud, quod aliquot abhinc annis  
 „in quodam Cammerensium Fanatico-  
 „rum conventiculo contigit, scena quo-  
 „que Convulsionistarum uberem mira-  
 „culorum apparatus suppeditat: &  
 „jamjam in consuetudinem abiit, ut si  
 C 2 „casu

(\*) Delorme Vidua: vide Parisiensis Curia  
 & dilucidationem Goulardi Archidiaconi &  
 Counieri Parisiensis Theologi.

(\*\*) Vide Diarium Convulsionistarum a Jan-  
 senista editum.

Sæc. XVIII. „casu in unam turmam confluunt, eo-  
 A. C. 1740. „rum quilibet cælesti convulsionis spi-  
 „ritu afflari desideret, & nec actionum  
 „impudicitia, nec gestuum indecentia  
 „primo obtutu deprehensa eos abster-  
 „ret, quo minus diabolicos hosce effe-  
 „ctus pro divina virtute habeant. Pas-  
 „sim cernuntur prostituti pudoris puel-  
 „læ, quæ Ethnicis mulieribus Baccho  
 „dicatis haud absimiles se Vaticas ja-  
 „ctitant, Ecclesiam convitiis proscin-  
 „dunt, & in sacratum Regis caput mi-  
 „nas exonerant, & quamvis ibi propu-  
 „diosa, abominanda, & impia agantur,  
 „nihilominus ad scandalosum hoc spe-  
 „ctaculum, velut ad pietatis exercitium  
 „turmatim accurritur, imo etiam hor-  
 „rendis sacrilegiis intermiscetur Psal-  
 „morum cantus. Nec his etiam parci-  
 „tur mysteriis, quæ Nobis maxime sa-  
 „cro sancta habentur, ipsæ etiam mulie-  
 „res ad tantam prolabantur petulan-  
 „tiam, ut Sacerdotibus sacrilega teme-  
 „ritate manus imponant, & tremenda  
 „religionis nostræ mysteria per impiam  
 „cacozeliam profanent, nec non ana-  
 „baptismum more Donatistarum ex or-  
 „do revocent. Cunctas hasce abomi-  
 „nationes Vobis Fratres Charissimi, ex-  
 „ponere non auderemus, nisi notoriæ,  
 „& ab ipsis factionis hujus Scriptoribus  
 „contestatæ essent; quippe Deo ad hæ-  
 „relis

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„resis confusionem ita permittente, non-  
 „nulli ex hisce Novatoribus impias con-  
 „vulsionistarum præstigias reprobarunt,  
 „ac detestati sunt, horrendumque schis-  
 „ma in factiosorum castris inde exor-  
 „tum est, & propterea validius eorum  
 „agmen ad arma clamat, ut abominan-  
 „das hasce convulsiones pro aris & fo-  
 „cis defendant. Incassum Magistratus  
 „Regia auctoritate ac potentia suffultus,  
 „sacrilegos hosce promeritis pænis co-  
 „ercere adlaborat: inundatur totum  
 „Franciæ regnum insanis apologiis, &  
 „adhucdum inter cordis nostri gemitus  
 „ac dolores deploramus, vidisse nos  
 „Virim Episcopali dignitate insignitum,  
 „qui horum auctoritate & nomine opera  
 „diaboli ad Divinæ operationis honores  
 „elevare non erubuit.

„Ast nondum satis: Fanatismus  
 „tantopere factiosorum corda demen-  
 „tat, ut superiorum temporum hære-  
 „ticos sua insania longius superare vi-  
 „deatur. Convulsionibus insuper ad-  
 „jungunt Figuristarum somnia (\*). Fre-  
 „quens

C 3

(\* ) *Silentio haud prætereundum censeo, vo-  
 bis referre dissidia inter prætensores veritatis  
 pugiles exorta, præsertim circa figuras, qua-  
 rum recordatio, indeque nata mala mihi hor-  
 rorem*

Sæc XVIII „quens passim fit sermo de Judæorum  
A. C. 1740. „conversione & Eliæ Prophetæ adven-  
 „tu: Id e publicis Cathedris velut certa  
 „veritas denuntiatur, ac ipsorum Pro-  
 „phetissæ ipsum quoque diem præfa-  
 „giunt. Plura ejusmodi deliria recen-  
 „sere nolo, reverentia erga Religio-  
 „nem, & populi nostri probitas a me de-  
 „poscunt, ut omnia hæc tenebrarum  
 „opera ad æternam oblivionem condem-  
 „nem: sufficit mihi, ut in cuncta hæc  
 „abo-

*rorem incutiunt. Enimvero quorundam acer-  
 bitatem, qua in quædam Figuristarum opera  
 in suis scriptis insurrexere, non approbo . . .  
 eorum tamen scripta longe solidiora sunt, quam  
 illa Figuristarum, qui sese Prophetiæ dono  
 præditos jactitabant. . . . Molinistis equidem  
 latissimus aperietur campus, ut libere ceteros  
 Figuristas velut libertinos imposteros extermi-  
 nare valeant. . . . Res jam eo devenit, ut si  
 pro veritatis defensione novum quid refertur,  
 nonnulli inde se offensos reputent: Et id eo  
 pejus est, seductio nihilominus non erit commu-  
 nis. Eliæ adventus ad sera usque tempora  
 differetur, sicut Judæorum conversio, quam  
 speramus. . . . Rei eventus dependet ab illerum  
 conversione, Et Elias, cujus adventus  
 præcedet, omnia ad optimum statum reducet.  
 Ita legitur in epistola Theodorici ad D. Petle-  
 pied die 25. April. 1728. scripta, & in Regia  
 Bibliotheca asservata.*

„abominanda, quæ sine horrore audiri  
 „nequeunt, pro vestra instructione quas-  
 „dam utiles reflexiones addam.

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

„Num fieri poterat, tot sana ratione  
 „præditos homines sincera mente sibi  
 „persuadere voluisse, quod novæ hæ fi-  
 „guræ quicquam reale ac verum, & hæ  
 „convulsiones quid Divinum in se con-  
 „tineant? Non, non, Charissimi Fra-  
 „tres, id nunquam credere possumus,  
 „nec volumus: cur autem id fecerint,  
 „in causa est, quia sectæ suæ infamiam  
 „proborum oculis subducendi necessitas  
 „eos ad tantam intemperiem adegit, &  
 „quia jam a longo tempore mendacia &  
 „æquivocationes sibi eo fine familiares  
 „reddiderunt, ut his armis prætensam  
 „S. Augustini doctrinam propugnarent.  
 „Si vero hac in re mihi fidem adstruere  
 „hæsitatis, saltem audiatis hujus sectæ  
 „Coriphæos (\*), & præsertim testimo-  
 „nium

C 4

„nium

(\*) Audemus dicere, quod nos veritati te-  
 stimonium reddamus, re ipsa nil aliud agimus,  
 nisi ut ad mendacia, perfidiam, simulationes  
 & hypocrises ansam præbeamus. Vid. episto-  
 lam cujusdam Episcopi ad alium Episcopum.  
 pag. 164.

Non sine horrore cogitare possum, quod Viri  
 teteteroquin a laxa disciplina vel maxime alieni  
 circa



Sæc. XVIII. „nium famosi Arnaldi, qui suorum Con-  
 A. C. 1740. „fratrum potissimos ob eorum amphilo-  
 „gias, mendacia & fallacias palam re-  
 „darguit (\*).

„Nolite præcipitare vestrum judi-  
 „cium, nec plura, quam vobis in hac  
 „nostra epistola referimus, credatis:  
 „uno tamen veluti obtutu cunctas cer-  
 „natis artes & dolos, quos ad vos se-  
 „ducendos hi Novatores fors jam sæ-  
 „pius adhibuere, quamvis desuper non-  
 „dum cogitationes vestras impenderitis.  
 „Obruet vos horror, ea tamen non alia  
 „audietis, quam de quibus hæc secta  
 „jam sæpius per testes omni exceptione  
 „majores convicta fuit: officii nostri ra-  
 „tio postulat, ut vobis ea in memoriam  
 „revochemus, & sensa illorum detega-  
 „mus fanaticorum, qui inter vos de-  
 „gunt, omnesque vires suas eo inten-  
 „dunt, ut vos ad rebellium castra per-  
 „trahant.

„Nisi

*circa tremendum, & sacrosanctum juramentum  
 in formulæ subscriptione præstandum prætexti-  
 bus adeo frivolis conscientiam suam tranquillam  
 reddant. Vid. Authorem præfationis in pane-  
 gyrii Janfenii fol. 6r.*

(\*) In parte quarta apologiæ pro Religiosis  
 Portu-Regiensibus cap. II. & III.

„Nisi quis ad plenam meridiem cæ- Sæc. XVIII  
 „cutire velit, in hac epistola facile A. C. 1740.  
 „deprehendet, in Gallicanæ Ecclesiæ  
 „gremio conflata esse clandestinam  
 „*conjuracionem*, quæ unice ad propagan-  
 „dam Janseniani erroris auctoritatem  
 „collimat; quo enim alio, quam *con-*  
 „*juracionis* nomine insigniri poterit ar-  
 „ctum illud vinculum, quo existimati  
 „Discipuli S. Augustini sese obstringere  
 „jubentur.

„Forte charitatis impulsu Jansenii  
 „sectatores commune erexerunt æra-  
 „rium, ex quo suæ factionis pauperi-  
 „bus subveniunt, & sectæ profelytos  
 „faciunt? Res patet ex facto & ex en-  
 „cyclicæ epistolæ testimonio, præterea  
 „ipsimet Annectorum Auctores testan-  
 „tur, integram millionem & quater cen-  
 „ties mille libras fuisse mutuo acceptas,  
 „& quis ignorat, quo fine? nempe ad  
 „ferendas appellationum expensas (\*).  
 „Si vero tam excessivi sumptus, quibus  
 „fideles factionis asseclæ male liberales  
 „penitus exhausti fuere, non fuissent  
 „impensi, res in meliori statu forent.  
 „Nunc vero ex Parlamenti Parisiensis  
 „sententia, qua Servienus ad triremes  
 „damnatus fuit, evidens eruitur testi-  
 „mo-

C 5

(\*) Vol. III. pag. 243.

Sæc. XVIII. „monium de publico furto nuper com-  
 A. C. 1740. „misso, necnon de pudendis sceleribus  
 „illorum, qui horum instinctu sese hujus  
 „infamiae participes reddiderunt. Om-  
 „nibus nota est illa pecuniarum exactio  
 „quæ per universum Franciæ Regnum  
 „ad sustentandos fugitivos Monachos  
 „omnibus sese dicentibus veritatis ami-  
 „cis indicta fuit. Id non ita pridem per-  
 „cepimus ex ore illius, qui apud hosce  
 „Sectarios magna pollet auctoritate, &  
 „insuper vos certos reddere volumus,  
 „quod paucis abhinc mensibus hujus  
 „factionis thesaurarius nostram Diæce-  
 „sin pervagatus sit eo fine, ut neo-con-  
 „ductis profelytis sua solveret stipendia.  
 „Denique cunctis satis superque notum  
 „est, quod Jansenistarum ærarium ex  
 „divenditis novellis Ecclesiasticis abun-  
 „dantissime augeatur. Jam vobis, Cha-  
 „rissimi Fratres, judicandum relinquo,  
 „an ejusmodi media charitas suadeat?  
 „certe non: unitas, quæ ex gratia or-  
 „tum trahit, tales ignorat artes, dete-  
 „statur cetera omnia molimina. quæ fa-  
 „ctionis Antesignani suis colligatis Di-  
 „scipulis in epistola, quam ante oculos  
 „vestros ponimus, præscribunt: jam du-  
 „dum ipsemet Jansenius harum legum  
 „ideam composuit, & nudum hujus  
 „Proto-Parentis nomen Gallorum bene  
 „affectorum corda concutere deberet.  
 „Quis

„Quis enim sine horrore in memoriam Sæc. XVIII.  
 „revocet propudiosa & sanguinolenta A. C. 1740.  
 „attentata, quæ Jansenius in famoso  
 „suo libello, cui titulus: *Mars Gallicus*,  
 „contra sacratam Regis nostri Majesta-  
 „tem excogitare ausus est? Eo nempe  
 „temeritatis devenit, ut Regibus no-  
 „stris honorificum *Christianissimi* nomen  
 „controversum redderet, quo tamen un-  
 „animi omnium Ecclesiarum, omnium-  
 „que gentium consensu jam per pluri-  
 „ma sæcula potiti sunt: non abhorruit,  
 „eis imputare, quod religionis excidium  
 „in omnibus Europæ regnis promovere  
 „certarint. Et tamen hisce artibus  
 „quodammodo excusare nitebatur per-  
 „duellionem, quæ anno 1633. in Belgi-  
 „corum Ordinum comitiis contra Re-  
 „gem conflata fuerat (\*), in quibus  
 „Belgæ Catholici fœdus cum Batavis  
 „eo fine percutere moliebantur, ut li-  
 „beram rempublicam Helveticæ haud  
 „absimilem erigere possent. Hic idem  
 „Jansenius erat illorum Patriarcha, qui  
 „sele nostræ libertatis Vindices depræ-  
 „dicabant. Quis non miretur, tot cri-  
 „minum reum apud populum Regi suo  
 „tantopere fidum, tanta valuisse aucto-  
 „ritate

(\*) Vid. Epist. Abbatis sancti Germani E-  
 leemosynarii apud Mariam de Medicis an. 1660.  
 die sexta Martii.

Sæc. XVIII. „ritate? Ast id datum erat præstigiis &  
 A. C. 1740 „dolis, quos eorum artifex adinvenit,  
 „ejusque discipuli in opus deauerunt.

„Jam Vobis, Charissimi Fratres, an.  
 „1739. die 7. Martii declaravimus, no-  
 „tumque fecimus, Jansenium de do-  
 „ctrinæ suæ novitate jam fuisse convi-  
 „ctum. Ipsemet in progressu sui libri  
 „fatetur, in eo multa contineri, quæ  
 „hucusque nullus proferre ausus fuis-  
 „set (\*). Non modo sacræ Sedis cen-  
 „suram pertinescebat, sed etiam librum  
 „suum summo Pontifici placiturum,  
 „nunquam sperari posse, affirmabat (\*\*).  
 „Id ipsum vero quemcumque Jansenio  
 „minus arrogantem, minusque teme-  
 „rarium cohibere debuisset, ast jamjam  
 „suæ factioni sese dicaverat, & jam du-  
 „dum cum Abbate San-Cyrano conspi-  
 „raverat: nil aliud ultra reliquum erat,  
 „nisi ut quovis pretio novam doctrinam  
 „stabiliret, eandemque per novas artes  
 „potentum patrocinio fulciret: nec al-  
 „liud Jansenius San-Cyranno insinua-  
 „bat, his verbis (\*\*\*) : *Summopere mihi*  
 „placet

(\*) Epist. Jansenii ad San-Cyranum an. 1622.  
 die 28. Febr.

(\*\*) Ibid.

(\*\*\*) Epist. Ejusdem ad Eundem die 20. Jan.  
 1622.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„placet conatus tuus, quo pium nostrum  
 „propositum patrocinio Nobilium secundare  
 adlaboras: id oppido necessarium esse co-  
 gnosco, atque ad felicem rei exitum sin-  
 gularem prudentiam requiri scio: hac in  
 re nunquam quicquam plus nimio facere  
 possum, & quo profundius rem penetro,  
 eo magis me conatus meus deterret, adeo,  
 ut ad detegendum velamen animus me de-  
 ficeret, nisi Deum hac in re auxiliatrices  
 manus præbiturum sperarem. His leno-  
 „ciniis jansenius animum suum ob do-  
 „ctrinæ novitatem perturbatum placare,  
 „& jactata in Deum fiducia sopire stu-  
 „duit: nec tamen his fulcris se firmiter  
 „inniti, sat manifeste prodidit, dum Ab-  
 „batem San. Cyranum hortabatur (\*),  
 „ut quarumdam Communitatum patro-  
 „cinio ejus librum commendare satage-  
 „ret: haud parum, ait ille, interesse exi-  
 „stimo, ut quædam Societas Bilenotum  
 (ita librum suum appellitabat) protegat,  
 quorsum enim ejusmodi homines semel se-  
 se inclinarunt, eo non minus pro se, quam  
 contra suos Adversarios omnem vim exe-  
 runt. Tandem sat aperte Abbati San-  
 „Cyrano declarat, quod ingens hoc o-  
 pus (\*\*), scilicet prætensæ doctrinæ S.  
 „Augustini propagatio, prosperum suc-  
 cessum

(\*) Epist. die 2. Junii 1623.

(\*\*) Vid. Epist. Encycl.

Sæc. XVIII. cessum sibi absque plurium patronorum as-  
 A.C. 1740. sensu & approbatione polliceri haud posset.

„Hæccine est loquela illius, qui veri-  
 „tatem annuntiat? Quis autem in Ec-  
 „clesia vidit obsequiosos ejus Filios in-  
 „ter se conjurationem conflare, fæde-  
 „ratos conquirere, ut junctis viribus  
 „supremi Capitis, omniumque Pasto-  
 „rum minis resistere, eisque insanum ac  
 „indocile factiosorum agmen opponere  
 „possint? In decursu decantatæ ency-  
 „clicæ epistolæ, Charissimi Fratres, abs-  
 „dubio probe animadverteritis, quod Fi-  
 „lii præcepta sui Proto Parentis exacte  
 „in usum deduxerint, dum juxta sacrati-  
 „sui fæderis leges nonnisi unum corpus  
 „efficiunt, eodem animantur spiritu,  
 „uno ore novam doctrinam divulgant,  
 „& mutuam opem sibi præstant. Tau-  
 „dem firmiter credunt, sectæ robur  
 „solida inter se unione dependere.

„Experientia etiam docemur, has  
 „leges a novis S. Augustini Discipulis  
 „fideliter fuisse observatas, quinimo  
 „suam auctoritatem magis adhuc auxe-  
 „runt, eorumque conjuratio, cujus  
 „ideam Jansenius & San- Cyranus præ-  
 „scripserant, longe ampliores progressus  
 „fecit. Quis enim crederet, nisi pro-  
 „palam notoriumque esset, subditos cum  
 „suo

„suo Rege pacta inire, eique concordiae Sæc. XVIII.  
 „leges præscribere ausos fuisse, & qui- A. C. 1740.  
 „dem cum Principibus regno inimicis  
 „eo sub obtentu, ut conscientię liber-  
 „tatem consequi possent? Quis ignorat,  
 „inter P. Quesneli scripta inventam  
 „fuisse epistolam, quam anno 1684. Di-  
 „scipuli S. Augustini ad Comitem  
 „D'Avaux in comitiis Ratisbonensibus  
 „Plenipotentiarium perscripsere. Ast  
 „hæc leviora sunt inter Jansenistarum  
 „artes: Principem suum insectari haud  
 „contenti, insuper cum omnibus Euro-  
 „pæ Principibus foedus inire moliebantur.  
 „Eo collimasse videtur Sueffio-  
 „nense conventiculum, ubi pacem sta-  
 „bilire, & controversias circa Princi-  
 „pum jura exortas componere præsum-  
 „pserunt. Id Jansenii sectatores am-  
 „plectebantur velut medium sibi a Di-  
 „vina Providentia propinatum ad cæ-  
 „lestem doctrinam suam ubique propa-  
 „gandam: decrevere Conjuratorum ca-  
 „pita sese cunctis Legatis opponere (\*),  
 „firmum-

(\*) *Vespere diei Dominicæ de proposito li-  
 bello supplici serio agetur, cui negotio jam an-  
 tea initium datum est. Rem maximi momenti  
 ob ea, quæ inde haud contemnenda sequentur,  
 vel potius, quæ necessario sequentur, fore cen-  
 set Pater Fraterus: nulli parcetur labori, ut  
 res*



Sæc. XVIII. „firmumque ac fixum habuere, eis eo  
 A. C. 1740. fine, ut appellantium causam in se su-  
 „scipiant, libellos porrigere, contra  
 „Jesuitas concitare, Romanæ Curie  
 „ab-

res eo deducatur, quatenus propositis prosper  
 accedat successus, decretumque est, hos libellos  
 scriptotenus porrigere, ut cuilibet pateat, illos  
 reipsa ad omnes Plenipotentiariorum esse directos.  
 ac in eorum Personis omnes gentes, quarum  
 nomine adsunt, respici: loquendi modus a Di-  
 vina providentia ortum habuit; illa enim sola  
 adinvenit hunc modum, cum omnibus hisce po-  
 pulis de maximi momenti rebus loquendi. . . .  
 Forte de propriis Principum juribus agetur,  
 v. g. de conservanda legitima eorum potestate  
 & de mediis, quibus sese contra Romanæ Cu-  
 rie & Jesuitarum molimina & Politicas æ-  
 que ac perniciosas artes tueri possint. . . .  
 Simul tamen etiam de altioribus agetur consi-  
 tiis, quibus commune tam omnium, quam par-  
 ticularium Ecclesiarum bonum promoveri queat,  
 . . . In rem suam vertenda est dispositio illo-  
 rum, quibus Jesuitarum ambitio & potentia  
 jam satis insensa est, ipsis quoque demonst-  
 randum est, latere abyssum, quem hucusque non-  
 nisi superficialiter agnovissent. . . . Ut circa  
 hoc objectum probe instruat libellus supplex,  
 nullus omnino labor est superfluous. . . . Com-  
 planatis rebus, quæ potissimum Principes con-  
 cer-

„abusus exaggerare, adversus illius de- Sæc. XVIII.  
 „creta insurgere, & contra versutas & A.C. 1740.  
 „periculosas illius artes politicas media  
 „propinare, ac tandem ingens, quod  
 „ex oppressorum Jansenistarum prote-  
 „ctione haurire possent, emolumentum  
 „suis Patronis exponere. Hæc omnia  
 „docemur ex epistola, quæ in formam  
 „libelli supplicis die 28. Aprilis an. 1728.  
 „instructa, & inter Domini Pepitped  
 „scrinia fuit reperta.

„Ponderate quæso, seditiosa hæc  
 „consilia, ac molimina, quæ ab his fa-  
 „ctiosis a prima eorum origine fuere ad-  
 „hibita: num forte Christus Dominus  
 „suos Discipulos ad fundandam suam  
 „Ecclesiam & consolidandam Evangelii  
 „fidem talia media edocuit? Num A-  
 „postoli Evangelii prædicationem cum  
 „temporalibus Principum proventibus  
 „con-

cernunt, eosque ad tuenda eorum jura, uti  
 sunt plures Curie Romanæ abusus, concitant,  
 alius adhuc libellus supplex de liberalium ar-  
 tium neglectu confici poterit . . . . præterea  
 alio libello urgendum est, ne deinceps Curia  
 ejusdem Bullas aut decreta promulget, quæ  
 duntaxat condemnant, & non instruunt, tan-  
 tum tenebras accumulunt, & nullam lucem af-  
 fundunt.

Hist. Eccles. Tom. LXXVII. D

**Sæc. XVIII.** „conjungere insistant? An profanos  
**A. C. 1740.** „Principes contra mala, quæ ex Prin-  
 „cipis Apostolorum Primatu timenda  
 „forent, præcavere intenti erant? Non,  
 „non, de privatis hisce commodis nihil  
 „omnino prædicarunt, & hæc compa-  
 „ratio nimis odiosa foret, si eam ma-  
 „gis urgere vellemus: ast versuta ejus-  
 „modi consilia nonnisi tali sectæ sunt  
 „propria, quæ ab erroris spiritu animan-  
 „tur, & quam in proposito hoc scripto  
 „vividis coloribus Vobis depingimus.

„Videbitis plane, qualiter severio-  
 „ris disciplinæ buccinatores omnibus  
 „omnia fiant, non quidem juxta D. Pau-  
 „li exemplum, scilicet ut ex Divinæ cha-  
 „ritatis impulsu cum hominum infirmi-  
 „tate compassionem habeant, sed ut ho-  
 „mines in suis erroribus foveant (\*), &  
 „se

(\*) Saltem, si eos novitatis nonnihil cupidos  
 esse deprehendatur, doctrina eis veluti novum  
 quid deprecanda est . . . . nuptæ & virgi-  
 nes ad amplectendam hanc doctrinam eamque  
 credendam sat idoneæ sunt, eapropter divi Au-  
 gustini Discipuli hoc vel illo modo earum gra-  
 titiam captabunt, præcipue si devotionis extræ  
 ordinariæ speciem præferant, hic enim sexus  
 maxime variationi & vanitati deditus est, &  
 ad integras Communitates in eam sententiam  
 pertrahendas natus videtur.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„sequiori atque ad novitates vanitates-  
 „que pronissimo sexui satisfaciant, tepi-  
 „dorum crimina excusent, eorumque  
 „culpam in ipsum Deum exonerent (\*):  
 „Abs dubio, Charissimi Fratres, scan-  
 „dalisabimini, & tam enormia non sine  
 „horrore audietis, & tamen Jansenii  
 „affectas eorum dogmata, systema &  
 „principia ad tantam abominationem  
 „necessario pertrahunt; si enim Deus  
 „infaustas reprobatorum animas, quarum  
 „portio infernus est, sine prævisis eorum  
 „meritis ad æternam damnationem de-  
 „stinavit, & si, uti Jansenius docet, ob  
 „peccatum originale etiam baptizati  
 „Christiani in ignem æternum proiici  
 „merentur, sique hi propter tremendam  
 „prædestinationem gratia pro adimplen-  
 „dis præceptis necessaria privantur,  
 „quid aliud sequitur, nisi quod Deus  
 „peccatorum, quæ perpetrant, prima  
 „sit causa, & quod reprobi nil aliud fa-  
 „cere valeant, quam æterna Dei de-  
 „creta adimplere? Nonne ad tam hor-  
 „rendas consecutiones etiam Protestan-  
 „tes

D 2

(\*) Tepidis, Libertinis, atque impiis insti-  
 nuabant, a Deo salvationis vel damnationis  
 sortem ab æterno esse statutam, ejus decreta  
 esse immutabilia, molestas duntaxat & ad ni-  
 hil proficuas esse Monachorum exercitationes  
 atque mortificationes.

Sæc. XVIII. „tes per eadem principia prolapsi  
 A. C. 1740. „sunt (\*)? & ipsimet Auctores epistolæ,  
 „quam refellimus, quid amplius præsti-  
 „terunt, quam quod sui Magistri do-  
 „ctrinam indeque profluentes sequelas  
 „fusius declararint?

„Merito eorum epistola encyclica vo-  
 „cari potest Synopsis opinionum, quas  
 „de gratia & prædestinatione propu-  
 „gnant: recentiores enim Discipuli S.  
 „Augustini cum suo Magistro tenent (\*\*),  
 „quod *Deus non omnes homines salvos*  
 „*fieri velit, & quod Jesus Christus pro*  
 „*reprobis non sit mortuus, nec eis Deus*  
 „*quasdam gratias concedat.* Si autem,  
 „Fratres Charissimi, ita est, profecto  
 „conditio nostra nunquam sat deploran-  
 „da erit; haud enim certi sumus, an  
 „Deus nos salvare velit, aut utrum Je-  
 „sus Christus nobis paradisum prome-  
 „ruerit: ubi ergo est spei nostræ funda-  
 „mentum, cum tamen juxta Apосто-  
 „lum, *per duas res immobiles, quibus*  
 „*impossibile est Deum mentiri, fortissimum*  
 „*solatium habemus, qui confugimus ad te-*  
 „*nendam propositam spem, quam sicut an-*  
 „*choram habemus, tutam ac firmam, ad*  
 Hebr.

(\*) Vid. reflexionem II. Bossueti contra  
 Protestantes.

(\*\*) Epist. Circul.

Hebr. 6. v. 18 & 19. Qua ratione fir-  
 „mam nostram fiduciam collocare pos-  
 „semus in æterna felicitate, si certi non  
 „essemus, quod Deus eam nobis imper-  
 „turi velit. Proch! infaustam incerti-  
 „tudinem, quæ in nobis nil nisi timo-  
 „rem & desperationem progerminaret.  
 „Attamen, Charissimi Fratres, non ti-  
 „meamus, nihil est damnationis iis, qui  
 „vere confepulti sunt cum Christo per bap-  
 „tismum in mortem . . . . innocentes, im-  
 „maculati, puri, innoxii, ac Deo dilecti  
 „effecti sunt, hæredes quidem Dei; cohære-  
 „des autem Christi. Concil. Trid. Sess. 5.  
 „can. 5. Nil hæsitantes fiducialiter asse-  
 „ramus, quod *Filius Dei pro nobis &*  
 „*pro nostra salute descenderit de cælo, car-*  
 „*nem assumpserit, mortuus sit, & resur-*  
 „*rexerit.*

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1740.

„Hæc est vox Concilii Nicæni: non  
 „tantum pro Electis hæc fidei doctrina  
 „stabilita est, hæc omnium fidelium  
 „est communis professio, & Ecclesia,  
 „quæ inter alia tremenda mysteria om-  
 „nibus suis Filiis illam inculcat, fallere  
 „non potest. Anathema igitur omni-  
 „bus, qui affirmare audent, *Christum*  
 „*non esse mortuum pro salute perditorum,*  
 „*& Deum illis nullas dare gratias: rur-*  
 „*sus anathema omnibus illis, qui cum*  
 „*Jansenio docent, quod mandata Dei*  
 „illis

Sæc. XVIII. „illis, qui ea transgrediuntur, servare  
A. C. 1740. „impossibile sit. Nonne hac ratiocine  
 „Deus omnium bonorum Largitor in  
 „Tyrannum transformatur, cui voluptas  
 „sit, proprias suas creaturas inique ve-  
 „xare, ac cruciare? Imo quid amplius  
 „adhuc: nonne hoc idem foret, ac co-  
 „gnitionem ab ipsa ratione implantatam  
 „de Deo infinite sapiente extirpare, &  
 „eidem insani Legislatoris, qui simul  
 „velit, & non velit, mandat id, quod  
 „adimpleri haud posse noscitur, idolum  
 „substituere. At hoc falsum & impium  
 „est, quippe *fidelis Deus est, qui non  
 patitur vos tentari supra id, quod potest  
 testis, 1. Cor. 10. v. 13. & Deus sua gra-  
 tia semel justificatos non deserit, nisi ab eis  
 prius deseratur.* Concil. Trid. sess. 8. c. 11.

„Noto vestro religionis Zelo inju-  
 „riam inferrem, Fratres Charissimi,  
 „in confutandis ejusmodi blasphemis  
 „diutius immorarer, eas vobis detexissis  
 „sufficit. Quis enim vestrum credat  
 „quod, sicut hujus epistolæ Auctor pro-  
 „pugnat, *nulla detur gratia, quæ non  
 sit efficax & victrix, eaque sit sine nostræ  
 cooperatione efficax.* Ergo juxta hæc  
 „principia superflua foret cura nostræ  
 „salutis, & Christus Dominus frustra  
 „nos hortatus fuisset, ut *vigilemus, or-  
 mus, & contendamus intrare per angu-  
 stam*

*stam portam, Luc. 13. v. 24. quippe juxta novam doctrinam ad pietatis exercitia nullam habemus partem (\*)*. Frustra fidelibus Paulus inculcasset, *mortificate membra vestra, Coloss. 3. v. 5. in vanum ipsemet corpus suum castigasset, ne & ipse reprobus fiat; 1. Cor. 9. v. 27. nam epistolæ encyclicæ Authores novo spiritu illustrati jamjam deciderunt, mortificationem nil nisi jugum esse ad nihil utile (\*\*)*. Abs dubio inter maximas felicitates esse, si quis in dulci quiete otiose contemplari potest, *qualiter gratia in nobis omnia operetur, & quidem sine nobis, cum eam promereri non possimus, nec ei resistere, sed præveniente necessitate illam, dummodo eam habemus, sequi compellamur (\*\*\*)*. Hæc nempe est severa illa moralis doctrina novæ hujus sectæ: moderatam morum disciplinam simulato Zelo altum incusant, & tamen maximis relaxationibus latissimum aperiunt campum: non aliam admittunt libertatem, quam a coactione, subiiciunt voluntatem prævenienti necessitati: doctrinam de meritis annihilare contendunt, imo affirmant, quod peccaminosa sit superbia credere, quod nobis bonum aliquod imputari valeat. Hæc

D 4                    „dogma-

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

(\*) Epist. encyclica.

(\*\*) Ibid.

(\*\*\*) Ibid.



Sæc. XVIII. „dogmata inter se connecti fatemur;  
A. C. 1740. „quippe posito, hominem non esse libe-  
 „berum, suamque voluntatem tam ad  
 „bonum quam ad malum necessitate  
 „trahi, sequitur, illum nil promereri  
 „posse, nil boni posse operari, proin-  
 „omnia esse indifferentia, talique ho-  
 „mini parricidium idem esse ac marty-  
 „rium, & infelix Adæ Filius non ma-  
 „gis vituperandus esset, si bestialibus  
 „suis passionibus immerfus vivit, quam  
 „laudandus, si heroicis exercet virtu-  
 „tes. Verbo: sicut necessitas impedit  
 „bonorum operum merita, ita necessa-  
 „rio omnia excusat scelera.

„Utique nunc cognoscetis arcanum  
 „illud mysterium, cujus silentium circa  
 „ejusmodi doctrinas Authores epistolæ  
 „encyclicæ tam serio commendant, &  
 „suis Neophytis novæ doctrinæ funda-  
 „mentum, nisi de eorum docilitate, & de  
 „illorum sine ulla inquisitione omnia cre-  
 „dendi pronitate oppido certi sint, mani-  
 „festari severissime prohibent. Ipsemet  
 „Jansenius hac in re inviolabile servavit  
 „silentium solitus dicere: *Secretum meum*  
*mihi, occulte propter metum Judæorum.*  
 „Ep. 25. Pariter Sancyranus hanc si-  
 „lentii religionem maximi habuit, eam-  
 „que Abbati de Prieres (\*) serio injun-  
 „xit,

(\*) Vid. juratum testimonium Abbatis de Prieres.

„xit, ut de doctrinis eidem propositis ne-  
 „mini quicquam revelet, & pariter hæc  
 „verba: occulte propter metum Judæorum,  
 „adhibuit Jansenius æque ac quondam  
 „Manichæi, doctrinam suam non nisi  
 „paucissimis electis manifestari voluit,  
 „& si forte quidam in arcto deprehen-  
 „dantur, suavit, ut ea infacetur, diffi-  
 „muletur, æquivoce proponatur, ac de-  
 „nique omnino pernegetur (\*), imo ne-  
 „quidem sibi religioni ducant, Janse-  
 „nium, si necessitas urget, & aliter Ec-  
 „clesiasticæ censuræ evitari nequeunt,  
 „anathematizare. Nempe omnino ne-  
 „cessarium erat, ut dolosæ artes ad pro-  
 „pagandam sectam præscriptæ magni  
 D 5 „mitte-

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1740.

(\*) Religioni sibi non ducant, doctrinam hanc  
 negare ac dicere, se non esse Jansenistas, imo  
 nequidem Iprensensem Episcopum nominent in præ-  
 sentia eorum, qui ejus nomen & doctrinam  
 abhorrent. . . . Primo cavendum est, ne quas-  
 dam propositiones, quæ Auditoribus offensionem  
 esse solent, proferant. . . . Congregentur ex  
 fœderatis pauci, quibus subinde ea manifestari  
 possunt, quæ ad firmandam, propagandam, &  
 in variis casibus mutandam doctrinam proficua  
 sunt. . . . Posteriores, qui se occultos discipu-  
 los, quales etiam Christus Dominus habuit, no-  
 minant, ita se gerant, ac si indifferentes es-  
 sent, aut etiam si necesse est, perinde ac si ad-  
 versarii forent.

Sæc. XVIII. „mysterii velamento tegerentur, & si  
A. C. 1740. „forte epistolam circularem (\*) in cujus-  
 „dam adversarii manus devenire con-  
 „tingeret, unanimi omnium voce illam  
 „ceu confictam proclamare necesse erit.  
 „Hac circumspectione probe usus erat  
 „San-Cyranus, qui si cuiquam hoc my-  
 „sterium confidit, sedulo eidem insinua-  
 „re solitus erat, quod si quicquam eo-  
 „rum manifestaturus esset, illum palam  
 „tanquam mendacem proclamaturus  
 „foret: ita caute suam perversam do-  
 „ctrinam semper suis ad aurem infil-  
 „labat (\*\*).

„Expendite, quæso, propudiosam  
 „fallaciam, & quid demum judicabitis  
 „de

(\*) *Præsens hæc instructio fœderatis Disci-  
 pulis tradita fuit . . . hi vero, quibus ea tra-  
 detur, rogantur, ne illam ulli communicent,  
 nisi de quibus certi sunt, eos vero doctrinæ o-  
 more, & contra Adversarios odio firmiter  
 conspirare. . . . Si vero hæc præcepta in ho-  
 stiles manus incidere contingeret, omnes disci-  
 puli tam ore quam calamo, si ita societatis  
 nostræ bonum deponat, ceu supposititia perne-  
 gabunt.*

(\*\*) *Teste Bellegardio Sanitiensi Archiepi-  
 scopo, dum morti proximus erat, & ex ju-  
 rato testimonio Cauleti Abbatis, postea Ape-  
 mienfis Episcopi.*

„de ceteris hypocrisis Jansenianæ legi-  
 „bus, quæ confæderatis discipulis eo  
 „fine impositæ fuerunt, ut *hominum exi-*  
*stimationem per simulatam saltem exter-*  
*nam morum honestatem sibi concilient* (\*),  
 „Ea arte pariter utebantur Priscilliani-  
 „stæ, prout Tillemontius ex S. Patri-  
 „bus testatur: paritas nimium adæqua-  
 „ta est, nec propterea eam vobis ce-  
 „lare possumus.

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1740.

*E*apropter, inquit præfatus Au-  
 thor (\*\*), *haud obscure dignoscuntur eo-*  
*rum mores, Priscillianus in facie & in*  
*omnibus suis exterioribus actibus humili-*  
*tatem & modestiam, qua sibi apud omnes*  
*honorem & reverentiam conciliabat, præ-*  
*setulit, verisimile est, ejus sequaces ipsum*  
*in hoc exacte fuisse imitatos; Priscillianistæ*  
*enim pro Viris admodum sanctis, in le-*  
*ctione assiduis, & in corporis maceratione*  
*exercitatis habebantur: idem quoque Au-*  
 „ctor horum hæreticorum petulantias  
 „& pudenda scelera describit, quæ ta-  
 „men silentio præterimus, quamvis hor-  
 „renda crimina Convulsionistarum ap-  
 „pellantium hujus scriptoris penicillo  
 „adumbrare possemus: non tamen om-  
 „nes Adversarios nostros de ejusmodi  
 „scelera

(\*) Epist. Circul.

(\*\*) Libr. VIII. pag. 495.

Sæc. XVIII. „sceleribus postulamus; utinam! cete-

A. C. 1740. „ras Tillemontii delineationes illis ap-

„plicare non cogeremur: Priscillianista,  
 „prosequitur ille, inter præcipuas leges re-  
 „ponebant, sufficere, ut fides in corde sit,  
 „quocirca nil frequentius in ore habebant,  
 „quam jura, perjura, secretum prodere  
 „noli: si cum sibi suspectis egerunt, nil nisi  
 „probe Catholicum proferebant, nec sibi con-  
 „scientiæ ducebant, ut sese occultarent, in  
 „ipsum Priscillianum invehere, & cuncta,  
 „quæ alias ceu sacrosancta sæcæ mysteria  
 „venerabantur, anathematizare . . . res-  
 „que, quas tamen palam docuerunt, sin-  
 „fronte negare. Ex his coloribus facile  
 „quidem dignoscetis nostri ævi Novato-  
 „res, & præsertim epistolæ encyclicæ  
 „Authores: certe tamen in iis minimè  
 „genuinos veritatis defensores & Chri-  
 „sti Discipulos deprehenditis. Christi-  
 „doctrina, quæ omnino Divina est, te-  
 „nebras non amat, imo potius super to-  
 „ta prædicandum est, quod in aure audi-  
 „tum, Matth. 10. v. 27. nemo vestrum per-  
 „tinetur, ut homicida, aut fur, si autem  
 „Christianus, non erubescat, I. Petr. 4. v. 16.  
 „qui enim male agit, odit lucem. Joan. 3.  
 „v. 20.

„Fallendi ars omnibus hæreticis est  
 „communis, teste autem S. Hieronymo  
 „est perniciosissima, personata enim no-  
 „vitas celeri gressu progreditur, qui  
 „reme

„remediis præveniri possit: & non sine æc. XVII.  
 „dolore experimur, quot ævo nostro A. C. 1740.  
 „animas exterior virtutis splendor, hy-  
 „pocrisis & sectariorum simulatio sedu-  
 „xerit: si suas doctrinas palam ex-  
 „posuissent, & populo aperte propo-  
 „suisent, & quod in vanum speretur, Chri-  
 „stum pro omnibus hominibus esse mortuum,  
 „Deum omnes homines salvare velle, mani-  
 „festassent, & si aperte docuissent, reproborum  
 „sortem non prævisis demeritis esse decre-  
 „tam, certe fideles (ita Auctor epistolæ  
 „encyclicæ disertis verbis) ad sibilum  
 „hujus serpentis aures obturassent, non alia  
 „ipsis relicta laboris mercede, quam omnium  
 „ludibrio.

„Hinc merito illis acclamare possu-  
 „mus id, quod S. Hieronymus de Pela-  
 „gianis epist. ad Cresiph. scripsit: loquere,  
 „quod audis, publice prædica, quod secreto  
 „Discipulis loqueris. . . . Aliud audiunt  
 „cubiculorum tuorum secreta, aliud rostro-  
 „rum populi. . . . Non animadvertis, id-  
 „circo nos scribere, ut vos respondere co-  
 „gamini, & aperte aliquando dicere, quod  
 „pro tempore, personis & locis vel loqui-  
 „mini vel tacetis. Nolo vobis liberum esse  
 „negare, quod semel scripseritis. Ecclesie  
 „victoria est, vos aperte dicere, quod sen-  
 „titis. . . . sententias vestras prodidisse,  
 „superasse est. Patet prima fronte blas-  
 „phemia,

Sæc. XVIII. *phemia, non necesse habet convinci, quod*  
A. C. 1740. *sua statim professione blasphemum est. . .*  
*Eunomiani, Ariani, Macedoniani nominibus separati, impietate concordēs, nullum nobis laborem faciunt; loquuntur enim, quod sentiunt. Sola hæc hæresis est, quæ publice erubescit loqui, quod secreto docere non metuit. . . . Ideo crevit vestra hæresis, & decepistis plurimos, . . . quia semper docetis, semper negatis.*

„Quid vero in Ecclesia magis deplorandum est? Illa a tali numerosa factione impugnatur, quæ suam doctrinam variat, & in proprio suo sinu leprosos filios alit: in medio hostium versamur, quin eos noscere possimus. Quot simplices animæ dolosas eorum casses evitare nequeunt, quia semper caussari possunt, se in eis errores imputatos non deprehendisse: forte id verum est, non tamen ad legitimam excusationem valet, hæc ipsa enim est seducendum lex, suorum doctrinam sedulo occultare, imo & si necesse est, pernegare; jam contenti sunt, si in fidelium cordibus contra debitam submissionem erga Ecclesiæ decisiones saltem dubium excitare valent, eo enim obtento in ictu oculi densum aperient velamentum, sub quo impias suas novitates jamjam paratas tenebant.

„His

„His ergo, Fratres Charissimi, dif- Sæc. XVIII.  
 „fidere discatis; *ex fructibus eorum co-* A. C. 1740.  
*gnoscetis eos: attendite, quam fideliter*  
 „illi tam veterum, quam recentiorum  
 „hæreticorum vestigia premant. Quis  
 „unquam sectariorum acriori odio sta-  
 „tum Monasticum a sanctis Patribus am-  
 „plissimis celebratum encomiis insecta-  
 „tus est? nonne quælibet dictæ epistolæ  
 „folia tale odium exhalant? Quo enim  
 „impulsu hujus status vilipensionem in-  
 „ducere inter se decreverunt? certe ex  
 „scriptoribus Catholicis nullum reperio,  
 „qui talia molitus esset, a primo tamen  
 „sæculo usque ad Calvinum Sectarios  
 „fuisse infensos Monachorum hostes, Hi-  
 „storia nos docet. Id probe observavit  
 „Bellarminus (\*): *Hæretici, inquiebat*  
*ille, dum hanc Ecclesie partem (Mona-*  
*chorum institutum) petunt, ac ut Mo-*  
*nastiam vituperant, portentosa mendacia*  
*quotidie de Monachis fingunt, & quacun-*  
*que oblata occasione in Monachos inve-*  
*huntur, atque eos in odium vulgi rapiunt,*  
*& primarios Antichristi satellites vocant,*  
*non eo certe spectant, ut ordines solum*  
*hominum Religiosorum dissociant, monasti-*  
*cenque e medio tollant, sed ut Ecclesiam*  
*totam hac ratione perturbent ac lædant,*  
*eamque, si fieri posset, e fundamentis ever-*  
*tant.*

(\*) In Præfat. ad libr. de Monach.



Sæc. XVIII tant. . . . Neque vero novum est hoc ha-  
 A. C. 1740. reticorum bellum adversus Monachos, ne-  
 que recens mali dæmonis artificium . . .  
 sicut enim, quotquot fuerunt unquam pu-  
 scriptores tum sermonibus tum scriptis li-  
 bris hoc genus vitæ laudibus in cælum tol-  
 lere conati sunt, sic nulli ferme unquam  
 hæretici exsiterunt, qui vel nomen Mono-  
 chorum patienter audire potuerint. . . .  
 Quæ cum ita sint, intelligi profecto facili-  
 potest, ita causam Monachorum cum Ec-  
 clesie causâ esse conjunctam, ut nemo un-  
 quam Ecclesie hostis fuerit, qui non bel-  
 lum eodem tempore Monachis omnibus in-  
 dixerit &c.

„Profecto, Charissimi Fratres, Jan-  
 „senistæ, ut Ecclesiam impugnarent,  
 „Monachos diffamarunt, prout sat ma-  
 „nifeste apparet ex eorum epistola en-  
 „cyclica, & San-Cyrani Abbatis ser-  
 „monibus (\*) ægris oculis respiciunt  
 „subjectionem, quam Monachi erga Ec-  
 „clesiam profitentur, quocirca hos in  
 „novam formam transmutare decreve-  
 „runt. Eo collimabat *sacrum* illorum

(\*) Vide juridicum juratumque testimonium  
 Abbatis de Pormorant, qui testatur, se quor-  
 dam Abbatem San-Cyranum visum ivisse, ip-  
 sumque contra Monachos impotenter insurre-  
 xisse.

„*systema* (hæc sunt præfatæ epistolæ, feu Sæc. XVIII.  
 „ut melius loquar, suæ factionis verba) A. C. 1740.  
 „Sed quid hac in re reformare inten-  
 „dunt? forte quosdam abusus, quos  
 „voluntas ad malum prona subinde dis-  
 „seminat, & Ecclesia deplorat? Non,  
 „non, Charissimi Fratres, San-Cyra-  
 „nus Abbas affirmat, quod *corruptela*  
 „non modo mores, sed & multa doctrinæ  
 „capita infecerit (\*). At hæc ipsa do-  
 „ctrina non est alia, quam Ecclesiæ,  
 „quam *sacrum eorum systema* petit,  
 „quamque eliminare satagunt. Id sat  
 „aperte declarat epistola encyclica.

*Huius systematis finis est, abusus &*  
*corruptelis, quæ ex ignorantia præstan-*  
*tissimæ doctrinæ S. Augustini subinde in*  
*Ecclesiam irrepperunt, obicem ponere. Quid!*  
 „Ergone Ecclesia ignoraverit insignem  
 „S. Augustini doctrinam? Ergo Ecclesia  
 „non est *columna & firmamentum verita-*  
*tis*? Nonne omni tempore, ut nos om-  
 „nem doceret veritatem, a spiritu sancto  
 „animata fuit? Nonne Christus cum  
 „suis Pastoribus est omnibus diebus, ut  
 „per eos doceret omnes gentes? Ita  
 „est, hanc ideam de Ecclesia nobis tra-  
 „dunt

(\*) Vid. testimonium juratum Abbatis de  
 Prieres.

Sæc. XVIII. „dunt sacrae scripturae, Jansenistae au-  
 A. C. 1740 „tem longe aliam nobis ideam de Ec-  
 „clesia exhibent: id, quod in epistola  
 „encyclica continetur, nil nisi synopsis  
 „est eorum, quae fufius San-Cyranus  
 „Abbas exposuit: *A Deo mihi revelatum*  
 fuit, ait ille (\*), nullam amplius exstantem  
 Ecclesiam, quinimo jam plus quam quin-  
 que vel sex præterfluxere sæcula, a quibus  
 nulla amplius existit Ecclesia: antea  
 hæc tempora Ecclesia similis erat ingenti  
 fluvio limpida aqua uberrimo, nunc  
 vero, quod Ecclesiam dicimus, lutum est  
 canalis est quidem idem, non item aqua.  
 Deus quidem Ecclesiam suam ædificavit  
 super petram, ast tempus est ædificandi  
 & destruendi: antehac erat ejus sponsa,  
 nunc autem adultera & scortum, quocir-

---

(\*) Consule vitam S. Vincentii a Paulo ab  
 Abbellio Ruthenarum Episcopo descriptam  
 idque de verbo habetur in testimonio Abbatis  
 de Pieres, & in epistola Abbatis San-Cyrani  
 ad Dominum de Range: *Nec plura addo, per-  
 bene quippe scio, moderationem esse salem ve-  
 ritatis æque ac aliarum virtutum: sufficit, mihi  
 nihil aliud scire velle, quam quod Ecclesia ante  
 te duodecim sæcula docuit . . . . quapropter  
 omnis alia doctrina, qualiscunque demum sit,  
 falsa est & ad nil, quam ad corrumpendos mo-  
 res apta: & plane corruptos Christianorum  
 mores nulli alteri causæ imputare valeo.*

ca eam repudiavit, voluitque, ut fidelior  
 eidem subrogetur. Ad hasce blasphemias  
 contra Christi Sponsam effusas  
 „tinnient ambæ aures vestræ, & Ec-  
 „clesiæ doctrinam emendandi consilium  
 „ab hoc Abbate propositum detestabi-  
 „mini. Jam ad hoc præluferunt Luthe-  
 „rus & Calvinus, & merito ejusdem  
 „loquelæ fuit ille, qui ejusdem mentis  
 „cum ipsis erat, unde haud mirum vo-  
 „bis videbitur, audire encomia, qui-  
 „bus Epistolæ encyclicæ Auctores Pro-  
 „testantium molimina amplissime cele-  
 „brant: hæc enim nil nisi echo sunt eo-  
 „rum, quæ Abbas San Cyranus præci-  
 „nuit: *Synodus Tridentina*, inquit illi,  
*non est legitima* (\*); Abbas vero ait: *Nil*  
*mihi dicatis de Concilio Tridentino, illud*  
*nil nisi Pontificis & Scholasticorum con-*  
*tentionis & factionis spiritu turgidorum*  
*congregatio erat.* Enimvero tam præ-  
 „clare de sacrosancta hac Synodo sen-  
 „tire debet ille, qui Dordraceni Con-  
 „ciliabuli decretis de prædestinatione  
 „& reprobatione suffragatur, uti Jan-  
 E 2 „se-

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1749.

(\*) Vid. vitam S. Vincentii a Paulo, nec-  
 non juridicum testimonium Abbatis de Prieres,  
 & juratum Langenensis Episcopi, & Belle-  
 gardi Sanitiensis Archiepiscopi ante obitum  
 suum.

Sæc. XVIII „senius in sua Epistola ad San. Cyr  
 A. C. 1740. „num (\*).

„Horum Prædecessorum vestigi  
 „Posteri fideliter prefferunt, atque  
 „eorum moribus satis elucet, quam  
 „ne affecti sint erga Protestantium Re  
 „ligionem. Postquam enim ipsi inju  
 „(ut eorum verbis utar) a Romana Sæ  
 „& Episcopis damnati, & a Regibus  
 „nostris dire vexati fuere, ad regione  
 „omnibus sectis (excepta vera) pervia  
 „emigrare non erubuerunt. Cur a  
 „tem hanc, cujus schisma & error  
 „hodieum amare dessemus, ceter  
 „prætulerunt? Ergone nulla alia  
 „pererat regio Catholica, in qua  
 „ctam fidem nostram profitendi libert  
 „viguisset? Forte veritas nullibi, qu  
 „in libero errorum diversorio repe  
 „potest?

„Ergone eo tempore, quo Unive  
 „Europa contra Galliam conspirab

(\*) *Absolutum est Dordracenum Concili  
 cujus decreta jamdudum Belgico idiomate ad  
 nus habeo, latine autem acquirere non po  
 Circa prædestinationem & reprobationem  
 Catholica doctrina perfecte conspirant, cu  
 asperiora Calvinii eliminant. Vid. Epist. S  
 Cyrani an, 1620.*

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„veri Catholici tutum nullibi asylum re-  
 „perire poterant, quam in hæresis cen-  
 „tro? Ast cedamus Jansenistis, jam o-  
 „lim cogitabant, & inter se concludere  
 „erant, se ad Insulam Strandiam rever-  
 „suros (\*), notum quoque est, illos  
 „jam tum supremam jurisdictionem sibi  
 „vendicare molitos fuisse. Felix plane  
 „fuiſſet Ecclesia, si hæc fex populi ad  
 „unum septentrionalem angulum con-  
 „fluxisset, ac deinceps Ecclesiam non  
 „infestasset.

„Attamen in hac Insula eorum Ze-  
 „lus sat amplum abs dubio non repere-  
 „rat campum; minus commodus eis vi-  
 „debatur hic locus ad cælestem suam  
 „doctrinam ad vota propagandam, ap-  
 „tior erat asyulus Hollandia, ubi quiete  
 „nullibi speranda potiuntur: ibi eorum  
 „Sancti alibi vexati a Vaticani fulmine  
 „tuti sunt, ibi Quesnellus e carcere pro-  
 „fugus & a Mechliniensi Archiepiscopo  
 „damnatus sibi sepulcrum elegit. Hi  
 „sunt novæ sectæ Martyres & Sancti,  
 „primævæ tamen Ecclesiæ Sanctis vel  
 „maxime abſimiles: nempe in Hollan-  
 „diam Monachi Apostatæ non sine ma-  
 „ximo

E 3

(\*) Vid. Codicil. Domini Nicolle ad 4. Jun.  
 1695. & acta Notariorum Boucheri & Lor-  
 mieri de an. 1678.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„ximo Christiani Orbis scandalo e suis  
„Monasteriis profugi secesserunt, per  
„inde acsi in Ecclesia nulla alia Catho  
„lica extarent monasteria: ibi tandem  
„id est in hæresis centro primæva Jan  
„senistarum Ecclesia sub Protestantium  
„patrocinio perfecte erecta fuit (\*), &  
„qui

(\*) *Domine ac amice fidissime!*

*Utramque epistolam nuper ad me datam summa lætitia recepi, edoctus ea, quæ Hollandiæ Ordines in Sebasteni favorem agere decreverunt: utinam Romanis ad exemplum deserviret. Epist. P. Vanhamme in judicii actis contra P. Quesnellum p. 135.*

*Nunc vero salus nostra satis æstimari nequit, postquam Ordines Fæderati nostri Protectores evasere, jamjam edictum promulgarunt, quo eorum subditos Romam evocare interhibitum: Nuntios quoque Pontificios, qui Pæpæ vices gerunt, ingressu in Hollandiam interdiciunt, nisi legitimo modo selecti. Et ab eorum Legatis admissi sunt. Epist. Vanerkeli in præfatis actis pag. 135.*

*Ita ea omnia percepi, quæcunque in Sebasteni favorem percipi possunt. Fæderati Ordines priora mandata atque edicta recentiore firmarunt, quo rursus omnem jurisdictionem Cæcilio interdiciunt. . . . Egregie contra omnes Nuntii assultus hoc propugnaculum erectum fuit. Ep. Drioti ibid. p. 150.*

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

„quidem per schismaticam consecratio-  
 „nem cujusdam existimati Ultrajecten-  
 „sis Archiepiscopi, adstipulante quodam  
 „Episcopo jam dudum per Christi Vica-  
 „rium ab omni sacra functione suspenso:  
 „ut vero his robur accederet, communi  
 „consilio decretum, sacrae Sedis man-  
 „dato edictum Ordinum Fæderatorum  
 „opponere. *Cras, ajebat quidam Jan-  
 „senista (\*)*, nobis consignabitur *Hollandiæ  
 edictum, quo Breve Pontificium contra Se-  
 bastenum ceu seditiosum & infame scrip-  
 tum ab Ordinibus declarabitur ac pro-  
 scribetur. Hollandi, inquiebat alius (\*\*)*,  
 prudentissime agunt, quieti incedunt, nec  
 ullo Romanæ Curia decreto turbantur,  
 si alibi idem fieret, brevi Roma oculos ape-  
 rirer, & deinceps tales insanice partus non  
 ederet. Ita nempe Protestantium Prin-  
 „cipum decreta rejectis Pontificum Bul-  
 „lis ad rescuscitandum Ultrajectensem  
 „Archiepiscopatum a sæculo & amplius  
 „suppressum opem ferre debuerunt.  
 „Hæc perpendite, & videbitis, quali-  
 „ter hi Novatores tandem schismati po-  
 „stremam admoverint manum: quid  
 „enim aliud, quam Ecclesia schismatica  
 E 4 „est

(\*) Epist. Praweli Secretarii apud P. Ques-  
 nel. p. 145.

(\*\*) Epistola Domini Lenoix Canonici Pa-  
 risiensis ad B. V. ad P. Quesnel. p. 153.



Sæc XVIII. „est illa, quæ cum sacra Sede, omni-  
 A. C. 1740. „busque legitimis Episcopis nullum ha-  
 „bet nexum, nec alteri fulcro, quam  
 „Ecclesiæ hostium patrocínio innititur,  
 „quibus nil magis volupe est, quam Al-  
 „tare contra Altare erigere, & si fieri  
 „posset, Catholicum nomen penitus e-  
 „vertere. Sub horum patrocínio insu-  
 „per suum schisma latius diffundere sa-  
 „tagunt, dum plures adhuc Episcopos  
 „sibi consecrant. Nec ulli mirum vi-  
 „deri debet, Protestantes Principes Jan-  
 „senistis favere; utique ejusmodi favor  
 „eis debebatur, ac æqua est retributio  
 „illius existimationis ac indulgentiæ,  
 „qua Jansenistæ opiniones *reformatæ*,  
 „sic dictæ, Ecclesiæ sovent: ut vero  
 „tanta beneficia demereretur illa secta,  
 „quæ rigidam morum disciplinam us-  
 „que ad excessum in Francia deprædi-  
 „cat, ad tantam submissionem descen-  
 „dit, ut etiam Hollandis usuram con-  
 „cederet, & Dominus Thierry, post-  
 „quam usuram ex se nihil peccamino-  
 „sum esse supposuerat, nisi proximo v. g.  
 „in necessitate vel paupertate damnum  
 „inferatur, accerrime insectabatur eos  
 „qui tam licitæ negotiationi sese oppo-  
 „nendo totam Jansenii sectam disci-  
 „plinum periculo exponunt. Insuper et  
 „ejus epistolis elucet, hujus quoque  
 „sen

„sententiæ omnes Hollandiæ Jansenia- Sæc. XVIII.  
 „nos Clericos fuisse (\*). A. C. 1740.

„Ex eadem fervida erga Protestan-  
 „tium Religionem inclinatione abs du-  
 „bio pariter oritur, quod Sacramento-  
 „rum administratio in nova hac Eccle-  
 „sia in idiomate Belgico (\*\*) fiat, &  
 „transfogæ Monachi, de quibus supra  
 „dictum, unanimi suffragio B. V. Ma-  
 E 5 „riæ

(\*) *Van-Erkelus Decanus & quidam Cano-  
 nici ac Parochi acriter urgebant, ut ea, quæ  
 ipsi de hoc argumento, scilicet de usura, pro-  
 nuntiassent, scriptotenus vulgarentur. . . Nunc  
 sermo est inter Parochos, decrevisse Archiepi-  
 scopum, ut in Republica jam dudum per pa-  
 trias leges in hac republica approbata con-  
 suetudo usuras accipiendi sine hæsitatione om-  
 nique rigore prohibeatur. . . . Ast Villierus  
 eidem exposuit, si rei insistant, universum Cle-  
 rum turbatum iri, seque omnes Catholicos, id  
 est Jansenistas, a se alienaturum, insuper ad-  
 versus se omnes Reipublicæ Magistratus, &  
 præcipue Ordines excitaturum; inde vero gra-  
 via timenda esse mala. Epist. Thierry ad D.  
 Petitpied die 7. April. 1728. in Regia Biblio-  
 theca asservata.*

(\*\*) Vid. epist. Domini de Vaesel in actis  
 Jud. P. Quesnel. p. 103.

Sæc. XVIII. „riæ (\*) & defunctorum Officium, ut  
 A. C. 1740. „pote cujus usus nonnisi mollioris Di-  
 „sciplinæ studio in eorum institutum in-  
 „vectus fuisset, deinceps penitus abro-  
 „gare decreverint. Digni sane suæ A-  
 „postasiæ fructus! Jam a prima origine  
 „Jansenistarum secta circa plurimos fi-  
 „dei nostræ articulos se Protestantibus  
 „favere ostendit, nec frustraneum erit,  
 „horum quosdam particulariter tangere  
 „simulque observare, Reformatæ Reli-  
 „gionis sectatores eis mirifice applau-  
 „sisse; hi tamen Jansenistis multo sinceriores  
 „sunt & circa opinionum nobis  
 „contrariarum discrimen valde consen-  
 „tiunt, ac propter eorum candorem lu-  
 „bentius cum eis hac in re agimus, eos-  
 „que ad Ecclesiam, a qua eorum Majo-  
 „res excesserunt, facilius reducimus.  
 „Res longe aliter se habet cum Janseni-  
 „stis, hi enim præter contumaciam ha-  
 „bent affectatam simulationem, unde  
 „dum eorum errores impugnamus, prius  
 „eos convincere cogimur, quod hæc  
 „vel illa doctrina reipsa ab eis propu-  
 „gnetur. Si alteram epistolam ency-  
 „clicam, quæ cum illa vobis exhibenda  
 „una eademque erat, & cujus duntaxat  
 „synopsin

(\*) Epist. Cellieri ad Cametum die 1. April.  
 1728. & Epist. Lnigi ad Gaudronum 1. Maii,  
 itidem asservata in Bibl. Reg.

„synopsin Author Historiæ Constitutionis Sæc. XVIII.  
 „exhibuit, ad manus haberemus, alia A. C. 1740.  
 „argumenta, quibus Jansenistas Prote-  
 „stantium religioni esse addictissimos  
 „probemus, adducere superfluum fo-  
 „ret: ast ex aliis sectæ libris hanc in  
 „rem multiplex nobis suppeditatur ar-  
 „gumentum.

I. „Hamon Porturegiensis Medicus  
 „in suo libello per Dominum Nicole ap-  
 „probato Confessionis necessitatem pe-  
 „nitentis annihilare videtur; docet e-  
 „nim (\*), *Medicinam nostram esse fidem,*  
*eamque tam efficacem sanandi vim habere,*  
*ut non modo a peccatis liberet, sed om-*  
*nia nobis tribuat, quæ a fructuosa abso-*  
*lutione sperari possunt.*

II. „Idem Medicus fidem ad pecca-  
 „torum nostrorum absolutionem suffi-  
 „cere, summa fiducia pronuntiat, dum-  
 „modo, inquit, *cum quodam Viro pio*  
*quandoque conferendi opportunitatem ha-*  
*beam, quamdiu vellem, Confessario haud*  
*opus haberem (\*\*).*

„Vittus quoque in epistola ad Ar-  
 „noldum die 11. Julii 1681. tradit, alio  
 tem-

(\*) Tractatus de pietate ad solatium Monia-  
 lium Portu-Regiensium Authore D. Hamon p.  
 123.

(\*\*) Idem ib. p. 98.

Sæc. XVIII. *tempore nil aliud occurriffe, quam exiguum*  
A. C. 1740. *numerum eorum peccatorum, quæ hodie*  
*lethalia vocantur, & per Sacramentum*  
*pœnitentiæ aboleri solent, cetera peccata*  
*per bona opera dimitti.*

III. „Et si Arnaldo fides (\*) hodie  
 „dum non amplius necesse est numerum  
 „vel circumstantias speciem mutantem  
 „confiteri. Verbo, ex mente hujus Ab-  
 „batis, & P. Seguenoti, absolutio sa-  
 „cramentalis annexam non habet gra-  
 „tiam, sed duntaxat declarat, quod il-  
 „lam anima per contritionem receperit (\*\*).  
 „Iidem quoque errores circa  
 „pœnitentiam referuntur in synopsi epi-  
 „stolæ encyclicæ a Sistaricensi Episcopo  
 „facta (\*\*\*)).

IV. „Non minus abominanda est  
 „doctrina Jansenistarum de Sacramento  
 „Altaris (\*\*\*\*); in præfata enim syno-  
 „di

(\*) Ep. ad P. Maignardum Oratorii Sacerdotem.

(\*\*) Epist. Abbatis San-Cyrani ad Lageam P. Seguenot. l. 10. de sancta Virginitate a Sobona proscripta.

(\*\*\*) In Sacramento pœnitentiæ clavium potestatem, ejusque efficaciam evertunt, tenent enim, peccata jam ante absolutionem fuisse remissa. pag. 90. lib. 5.

(\*\*\*\*) Ib. l. 5. p. 89.

„psi habetur, juxta ipsos *Corpus Christi* Sæc. XVIII.  
*nec per fidem, nec per signum (uti docent Calvinistæ)* A. C. 1740.  
*nec etiam vere & realiter ad-*  
*esse, uti Romana Ecclesia docet. Et juxta*  
*„Caillyum Cadomensem Parochum, in*  
*hoc Sacramento nil aliud est, quam panis,*  
*qui per animæ suæ conjunctionem cum pane*  
*fit Corpus Christi (\*).*

V. „Hamonus vero ad abnegandum  
 „hoc Sacramentum æque dispositus e-  
 „rat, ac ad eliminandum Sacramentum  
 „pænitentiæ (\*\*): toties, inquit ipse, ad  
 „mensam Domini accedimus, quoties ama-  
 „mus, sed non semper amamus, dum huic  
 „mensæ appropinquamus, & quod plus est,  
 „dum alios cælesti hoc cibo frui cernimus,  
 „nos in sanctiore animi revolutione su-  
 „mus, quam illi, qui realiter hunc cibum  
 „sumunt, & tunc plus accipimus, quam illi.  
 „Ex his Delincurtius in sua epistola die  
 „21. Octob. 1690. necessario infert, fre-  
 „quentioris Communionis abusum me-  
 „rito a probatis Confessariis reiici.

VI. „Non equidem Jansenistæ cum  
 „Calvinistis palam docuerunt, justifica-  
 „tionis gratiam nunquam amitti: Bour-  
 „daillius

(\*) Vid. libr. Cailly sub titulo: Durandus  
 notis illustratus, necnon Nesmondi Bajocen-  
 sis decreta die 30. Martii 1701.

(\*\*) Lib. cit. p. 226 & 227.

Sec. XVIII. „daillius tamen docuit: pleraque peccata,  
 A.C. 1740. de quibus ait Apostolus, quod qui talia  
 agunt, Regnum Dei non possidebunt, &  
 quæ adversantur expresse præceptis Deca-  
 logi, mortalia dici posse . . . Id tamen  
 intelligi posse adhibito temperamento, ut  
 qui plane repugnantes ac velut inviti ista  
 perpetrassent, aut gravis mali impendentis  
 metu aut pœna libidinis abrepti, ita ut  
 ab istis angustiis liberati acri dolore tan-  
 gerentur ob commissum peccatum, tam certo  
 affirmari non potest, excidisse illos gratia  
 aut incurrisse pœnam damnationis. . . .  
 Hoc temperamentum naturaliter consequi-  
 tur ex doctrina S. Augustini (\*).

VII. „Pariter statum Monachalem  
 „non penitus reprobarunt, Seguenotus  
 „tamen decidit, statum Matrimonialem  
 „æque purum ac perfectum esse quam  
 „Virginalem, & Religiosa vota nil per-  
 „fectius quam communem perfectionem  
 „complecti (\*\*).

VIII. „Nec etiam venerationem  
 „Sanctorum omnino extirparunt, Ca-  
 „storienfis tamen Episcopus docuit, nos  
 „San-

(\*) Hæc propositio est centesima decima  
 quarta ex illis, quas Clerus Gallicanus anno  
 1700. damnavit.

(\*\*) Vid. tractatum de sancta Virginitate a  
 Sorbona damnatum, pag. 6 & 18.

„Sanctis in cælo regnantibus eundem Sæc. XVIII.  
 „debere cultum, quem justis in hac ter- A. C. 1740.  
 „ra agentibus deferimus (\*). Beata  
 „Virgo juxta hos sectarios non amplius  
 „tanquam Mediatrix & Advocata invo-  
 „cetur, nec dicatur illam esse *Matrem*  
*misericiendiæ, nec respiciatur ad excessiva*  
*encomia eidem a S. Patribus attributa (\*\*).*  
 „Tandem juxta D. Di Ligny epistolam  
 „die 2. Oct. 1699. *Ecclesiæ acceptissimum*  
*foret, si omnes coronæ Marianæ, scapu-*  
*laria, ceteræque confraternitates non mo-*  
*do reformarentur, sed penitus exulare ju-*  
*berentur, cum nonnisi insanæ sint devotiun-*  
*culæ, quæ magis de comico, quam de so-*  
*lida pietate habent.*

IX. „Insuper ex synopsi epistolæ en-  
 „cyclicæ ad Rothomagensis Monialem  
 „a P. Quesnello transmissæ elucet (\*\*),  
 „novos hosce *Discipulos privatis Missis nun-*  
*tium mittere, nec dari preces pro defun-*  
*ctis, quæ non item essent pro vivis: in*  
*altera vita non dari purgatorium, scele-*  
*ratos Sacerdotes desinere esse Sacerdotes.*

X. „Affirmat San-Cyranus ep. 93.  
 „per *Ordinem Sacerdotalem non imprimi*  
*characterem indelebilem, Tandem etiam*

XI. „Im-

(\*) Tract. de cultu Sanctorum.

(\*\*) Salutaria monita B. V. ad indiseretos  
 suos cultores.

(\*\*\*) Historia Constitutionis p. 89 & 90. l. 5.



Sæc. XVIII.

A.C. 1740.

XI. „Impetunt indulgentias, quas  
 „quidam Jansenianus Scriptor fabulo  
 „sas liberalitates appellat (\*).

„Hæccine est vox Ecclesiæ Catho  
 „licæ, vel non potius recentiorum hæ  
 „refum loquela? Ast prosequamur pa  
 „ralellum; agitur enim de re maxim  
 „momenti.

XII. „Etsi Jansenistæ summo Ponti  
 „fici Primatum nondum palam abnega  
 „re ausi sint, Jansenius tamen sine hæ  
 „sitatione illum habuit *pro re nullius fer*  
 „*me momenti.* ep. 22. ejusque sectatores  
 „jam centies ac centies propugnarunt  
 „Papam nil amplius esse quam inter Ep  
 „scopos primum (\*\*). Tantum ab eis ab  
 „est, ut Divinam ejus jurisdictionem,  
 „cujus omnes Christiani ei obedire tener  
 „tur, agnoscant, ut potius visibilis Capit  
 „supremi dignitatem usque ad officium  
 „*Generalis Inspectoris* deprimerent (\*\*\*)  
 „Equidem nondum aperte pro mon  
 „Protestantium asseruerunt, Papam esse  
 „Antichristum, Vittus tamen in sua ap  
 „pelle

(\*) Theses Theologicæ Francisci de Va  
 Vianen.

(\*\*) Vid. appellationem ad universam Eccle  
 siam & Synodum Domini Thierry, quæ  
 servatur in Regia Bibliotheca.

(\*\*\*) Thierry *ibid.*

„pellatione Bullam *vineam Domini* appel- Sæc. XVIII.  
 „lare non erubuit, *dignam, cui adveniens* A. C. 1740.  
 „*Antichristus coronidem imponat.* Hunc  
 „etiam Dominus Thierry petulantia su-  
 „peravit, dum Alexandri VII. formu-  
 „lam nuncupavit *ſchedam diabolicam* (\*),  
 „& Constitutionem *opus Diaboli*, qui  
 „per os Pontificis locutus est.

XIII. „Hucusque Jansenistæ haberi  
 „gestiebant, perinde acsi de infallibili-  
 „tate Ecclesiæ plane persuasi essent: ast  
 „æque indociles ac Protestantes affir-  
 „mant, *abominationem nostro ævo in Ec-*  
 „*clesia omnino communem esse, Christum*  
 „*unacum veritate sua a Papa & Episco-*  
 „*pis anathemate percussum esse, prout olim*  
 „*Caiphas fecisset*, nullum aliud remedium  
 „præveniendi excidium Ecclesiæ super-  
 „esse, quam *conversionem Judæorum*, qui  
 „veram fidem ad suam puritatem revo-  
 „cabunt. Ejusmodi blasphemias turget  
 „illud scriptum, quod sub titulo: *Ex-*  
 „*ercitationes pro veritatis amicis*, non ita  
 „pridem in nostra Diæcesi divulgatum  
 „est. Longius adhuc processit animosi-  
 „tas San-Cyrani; ait enim, sexto ab-  
 „hinc sæculo Ecclesiam in sua desola-  
 „tione

(\*) Idem in epistola ad Generale Definito-  
 rium Congregationis S. Vitoni.

Sæc. XVIII. „tione fordescere (\*), nec dubitat pro  
 A. C. 1740. „ferre, quod ipsemet Deus illius sit Au-  
 „thor, & eam ipse everterit (\*\*).  
 „que ac olim Protestantes a Papa &  
 „piscopis proscripti, etiam Jansenisti  
 „ad œcumenicum provocant Concilium  
 „nec hi illis ad subjectionem proniores  
 „sunt; docent enim, Concilii decisionem  
 „metiendas esse juxta effectus, quos in aliis  
 „teris Ecclesiis operantur, eoquod Episcopalis  
 „confirmacionis auctoritas a suorum  
 „fidelium consensu dependeat (\*\*\*)). Ea  
 „caussa postulant, ut Synodus suarum  
 „decisionum argumenta ex S. literis & tra-  
 „ditione petita adjungat, cum illa ad fidelium  
 „instructionem oppido necessaria sint (\*\*\*\*).  
 „nempe ad hoc erunt necessaria, ut Synodus  
 „nodi decisionem ad arbitrium suum  
 „approbare, vel reiicere valeant.

XIV. „Etsi Jansenistæ Ecclesiæ  
 „disciplinam aggredi nondum præsump-  
 „serint, majori tamen audacia propo-  
 „serunt, nunc gratiam & beneficium  
 „anathematizari: hoc solatio suos veritatis  
 „amicos lactabant. Denique Jansenisti  
 „su-

(\*) Idem in epist. 18. Jun.

(\*\*) Abellyus in vita S. Vincentii a Paulo

(\*\*\*) Vid. juramentum Abbatis de Priore  
 & Cauleti & ep. SanCyrani supra citatam.

(\*\*\*\*) Libr. de testimonio veritatis p. 95 & 96

„suis Regibus bellum inferre nondum Sæc. XVIII.  
 „ausi sunt, *conantur tamen* (uti patet ex A. C. 1740.  
 „epistola D. Thierry ad Petitpied 1. Sept.  
 „1712.) *Reges nostros eo adigere, ut nec*  
 „*ipsi nec eorum Prætores ultra S. Augu-*  
 „*stini Discipulos tam inique vexare valeant,*  
 „*uti hætenus fecissent* (\*), quinimo Lovar-  
 „*duæ suæ factionis hominibus insinua-*  
 „*bat, rem jam eo deductam esse, ut se-*  
 „*se adversus tempora & Principes ferro*  
 „*& igne armare, necessarium sit* (\*\*).  
 „Ut vero ad hanc seditionem subdito-  
 „rum animi magis inflammarentur,  
 „Grossus in famoso suo libro *de excidio*  
 „*libertatum Ecclesie Gallicanæ* pag. 344.  
 „asseruit, *potestatem ad administrandum*  
 „*Regnum necessariam verius penes Commu-*  
 „*nitatem quam Regem esse, & populum pro*  
 „*novæ doctrinæ defensione armatum nil*  
 „*aliud moliri, quam potestatis sibi jam*  
 „*aliunde competentis usum. Nonne*  
 „*hæc sapiunt illum seditionis spiritum,*  
 „*quem Bossuetus jam olim Calvinistis*  
 „*tam solide exprobrabat? Annot. V. in*  
 „*Protest.*

„Et quandonam finis foret, si pa-  
 „ralellum nostrum usque ad suum ter-  
 F 2 „mi-

(\*) Epist. Thierry asservata in Bibl. Reg.

(\*\*) Idem ad D. Petitpied 1. Sept. 1712. & epist. Lovardi die 29. Oct. 1727. quæ in Bibl. Reg. asservatur.

Sæc. XVIII. „minum producere vellemus; nec ta-  
 A. C. 1740. „men præterire valeo memorabilem ca-  
 „sum, quem ipsemet didici a Viro, qui  
 „ipsum hujus conjurationis olim com-  
 „plex erat, priusquam Deus ipsius ocu-  
 „los ad erroris cognitionem aperuerat:  
 „rem propriis docti hujus Præsulis, qui  
 „Historiam Constitutionis conscripsit,  
 „verbis referam, ut narrationi major  
 „constet fides. Aliud, sunt ipsius verba,  
 vobis narrabo, quod vix credi posset, nisi  
 acta authentica loquerentur. Iniere con-  
 siliium Appellantes se cum Anglicana Ecclesia  
 conjungendi, Dupinus ob exotica sua prin-  
 cipia famosus Sorbonæ Doctor hanc in rem  
 integrum conscripsit tractatum. Jam du-  
 dum innotuerat, arctum sædus & frequens  
 epistolare commercium cum Cantuariensi Ar-  
 chiepiscopo foveri: tandem detecta fuit ab-  
 ominanda conjuratio, qua magis detestan-  
 dam Catholicus Doctor in fidei rebus nun-  
 quam conflare potuisset. Die 10. Junii  
 1719. me præsentem in mandatis datum,  
 ut in Dupini ædes irrumperetur, omnia-  
 que ejus scripta interciperentur, quæ, cum  
 illico fuissent collecta, ad Regium Pala-  
 tium, ubi tum præsens eram, delata fuere.  
 In his legebatur, quod Catholici nostri  
 Principes, salva sanæ doctrinæ integritate,  
 sese cum Ecclesia Anglicana conjungere va-  
 lerent, quod auricularis Confessio abrogari,  
 realis transsubstantiatio in Eucharistia dis-  
 simulari

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

*simulari, Religiosorum vota dissolvi, cæli-*  
*batum Sacerdotum tolli, quadragesimale*  
*jejunium & abstinentia aboleri, Pontifici*  
*obsequium abnegari, omne commercium cum*  
*eo, ac obedientia erga ejus decisiones ab-*  
*dicari queat. Hoc consilium Jansenistæ*  
 „adhucdum in sinu fovent, & Thierryus  
 „in sua Epistola die 24. April. 1718. ex-  
 cogitabat *media, quibus Lutherani, Cal-*  
*vinistæ, Angli & Græci Schismatici cum*  
*Ecclesia conciliari, & impedimenta, quæ*  
*Romana Curia opponit, e medio tolli pos-*  
 sent Nonne bene diximus, Charissimi  
 „Fratres, Jansenii Affectus Protestan-  
 „tium religioni valde propensos esse?  
 „imo parum adhuc diximus, Calvinia-  
 „næ enim sectæ Ministelli præfatum Jan-  
 „senianæ factionis affectum erga Prote-  
 „stantes, æque ac hujus sectæ affinita-  
 „tem cum altera probe cognoverunt, &  
 „insuperhabitis levibus velitationibus  
 „quandoque inter se commissis appro-  
 „barunt, ac sese obstrictos propterea  
 „professi sunt: ipsa etiam encomia, qui-  
 „bus Jansenii doctrinam, ejusque asse-  
 „clas honorarunt, luculentum sunt præ-  
 „stitæ gratitudinis testimonium. In rei  
 „veritatem nonnulla adducam specimi-  
 „na, si enim vestrum nonnulli forte de  
 „hac secta nimis honorifice sentirent, sua  
 „præjudicia hoc remedio corrigere po-  
 „terunt. *Videtur quidem, inquit Delin-*

Sæc. XVIII. „curtius Præco Calvinianus in responso  
A. C. 1740. „ad Hassiæ Landgravium pag. 340. quod  
*Jansenismus horrenda sit hæresis, Divi-  
 næ gratiæ capitalis hostis: ast reipsa nil  
 aliud nisi purum est Evangelium de gratia  
 Dei in Christo Jesu, prout eam Paulus  
 Apostolus annuntiavit. . . Hæc Jansenis-  
 mus insulse & contumeliose vocatur, cum  
 tamen Jansenius Yprensis Episcopus om-  
 nia ea, quæ sparsim in variis D. Augu-  
 stini libris habentur, duntaxat in unum  
 collegerit. Nec minus benigne sese ex-  
 „pressit Labadius, dum in quadam epi-  
 „stola ad Jansenistas sic scribit: proposita  
 doctrina de prædestinatione & gratia, pro-  
 ut eam Jansenius explicat, & eam solis  
 fidelibus competere ait, verè, pura & ge-  
 nuina est reformatæ Ecclesiæ doctrina: dif-  
 ficultas a Jansenistis adhuc superanda non  
 in eo versatur, ut cum Calvinistis frater-  
 nam ineant unionem, sed ut fateri cogan-  
 tur, se jam esse Fratres.*

„Nemo ignorat fatum, quod a quo-  
 „dam factionis Antesignano compositus  
 „Catechismus de gratia subiit: vix e-  
 „nim famosus hic liber in lucem prodit,  
 „cum illum mox Samuel Maretsius Gro-  
 „ninganus Præco in suum idioma trans-  
 „tulit, & in præfatione libello præfixa  
 „hujus doctrinam velut propriam suam  
 „adoptavit, nilque hæsitans dixit, ea  
 „quæ

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„quæ in hoc Catechismo contineren-  
 „tur, eandem, quam reformata Eccle-  
 „sia profiteretur, esse doctrinam: & fa-  
 „ne id nemo alius ipso certius dicere  
 „poterat, unde etiam hunc librum stre-  
 „nue defendit: nemo miretur, ait ille (\*),  
 „quod ego Calvinista & juratus Sedis Ro-  
 „manæ hostis, illorum, qui specietenus huic  
 „Sedi sunt addicti, causam in me susci-  
 „piam . . . . non modo erga Jansenistas  
 „hac in re indulgentes sumus, sed & Re-  
 „formatis favetur, utpote qui circa quin-  
 „que propositiones ejusdem sunt sententiæ;  
 „quippe hac in re iisdem utimur fontibus,  
 „scilicet S. Scriptura & S. Augustino, qui  
 „in hac controversia æque pro nobis ac pro  
 „vobis stat, postquam Jansenius illum ad  
 „suam pertraxit sententiam. Alibi Samuel  
 „Maretsius Jansenistas modo, quo sane  
 „plus æquo hodie in rem suam utuntur,  
 „adhortatur, eisque acclamat (\*\*):  
 „Macte animo, eruditi ac generosi Jansen-  
 „istæ! in faciem resistere ausi estis Ponti-  
 „ficibus, qui in Jesuitarum suorum gra-  
 „tiam totum Pelagii errorem impie ac ne-  
 „farie patrocinio suo dignati sunt, dam-  
 „nan-

F 4

nan-

(\*) Postrema apologia Samuelis Marets in  
 defensionem S. Augustini & Jansenistarum con-  
 tra Papam & Jesuitas.

(\*\*) Synopsis veræ & Catholicæ doctrinæ  
 de gratia.



Sæc. XVIII. nantes doctrinam, quæ fidei Divinæ est.  
 A. C. 1740. „Nec aliter de Pontifice sensit Malpai-  
 „fius, qui illum *Generalem Præpositum*  
*Semipelagianorum* appellitabat (\*). Ea-  
 „dem effatus est Henricus Otius Tigu-  
 „rinus Præco ac Theologus, dum in  
 „suo sermone, typis edito Jansenistas  
 suos ita alloquitur: *Legite attente Lug-*  
*dunensem fidei confessionem . . . . facile cer-*  
*toque perspicietis, quod vester Catechismus*  
*de gratia nec plus nec minus asserat: si ve-*  
*stra subsistit doctrina, peribit Papa. Non-*  
*ne iisdem armis impugnatis Jesuitas, qui-*  
*bus Pelagianos? nonne verissimum est, Pa-*  
*pam & Jesuitas nonnisi unum corpus & a-*  
*nimam esse? Ita nempe Jesuitæ ad Pro-*  
 „testantium dicteria jam ita obcallue-  
 „runt, ut hodiedum injurias, quibus  
 „eos Jansenistæ unacum suo grege im-  
 „petunt, tranquilla mente devorare af-  
 „suescant. Beati sunt, quamdiu ea-  
 „dem patiuntur, quæ supremum Eccle-  
 „siæ Caput & totum Pastorum Corpus  
 „sufferre coguntur. Jurieus Ministellus  
 „ægerrime fert, quod Jansenistæ suam  
 „doctrinam cum Calviniana consentire  
 „negent: *Jansenistæ*, inquit ille (\*\*),  
*circa doctrinam de gratia nobiscum perfecte*  
*sentiunt, dum autem nobis appropinquant,*  
 noi

(\*) Vid. librum, cui titulus: *Clavis arcana.*

(\*\*) Spiritus Arnaldi pag. 4, tom. II.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

nos ab ipsis avertere quæerunt, utque se non esse Calvinistas persuadeant, ejusmodi opinioniones nobis affingunt, quas non modo non tenemus, sed & quas ipsimet a nobis oppido alienas esse non ignorant.

Jansenistæ, inquit Bayle (\*), omni contentione propugnant, se non esse Calvinistas, omnesque artium fontes & discriminis modos excogitant, ut id saltem verosimiliter persuadeant.

„Denique in uuiversa Europa nostro ævo notum est, quanto applausu liber „de testimonio veritatis a Protestantibus „fuerit receptus; doctus etiam Basnagius, qui utique Calvinistarum dogmata sibi sat perspecta habuit, luculenter demonstrabat, hujus libri Auctorem Reformatorem doctrinas omnino tanquam suas adoptasse: hinc in „ejus rei argumentum librum edidit, „inscriptum: *Unitas, visibilitas & auctoritas Ecclesie & veritatis per Constitutionem eversa*. In hoc libro hic Præco „fusius, & luce meridiana clarius ostendit, quod Auctor libri de testimonio veritatis omnia Catholicorum dogmata „de infallibilitate Ecclesie evertat. Quid „validius his elogiis excogitari poterit? „sed

F 5

(\*) Vid. vita S. Vincentii a Paulo descripta ab Abellio.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740

„sed quid ad hæc respondeant Discipuli  
 „S. Augustini, ignoro: Vos saltem, Charis-  
 „sissimi Fratres, hunc inde reportabitis  
 „fructum, quod ceu novum non respici-  
 „cietis quicquid in scripto vobis mo-  
 „proponendo in Protestantium favore  
 „amplissime dictum reperietis, indequ-  
 „plenius cognoscetis genuinas opinio-  
 „nes, quas sectæ Antesignani propo-  
 „gnant. Tandem ergo vestros aperti-  
 „oculos, Vos omnes, qui adhuc ab hi-  
 „Sectatoribus fascinati creditis, in Jan-  
 „senii libro nil nisi puram D. Augustini  
 „doctrinam contineri, ac propterea Ec-  
 „clesiæ, quæ hoc opus damnavit, de-  
 „cisionibus fidem adhibere hæsitatis.  
 „Si vero Vicarii Christi Domini, qui  
 „omnium Pastorum Pastor est, vox  
 „cordium vestrorum aures, prout  
 „fuisse, nondum penetravit, saltem  
 „credite hisce haud suspectæ fidei testi-  
 „bus, ut ab ipsis discatis deponere fall-  
 „vestra præjudicia, quæ vos hucusque  
 „a debita subjectione revocarunt. Pro-  
 „fecto Protestantes ideo, ut Pontifici-  
 „bus Romanis adularentur, Jansenius  
 „tam amplis ac magnificis laudibus no-  
 „celebrarunt; allegata enim eorum  
 „verba nil nisi atram bilem, quam  
 „corde suo in Romanam Ecclesiam ex-  
 „munt, demonstrant. Quid ergo alius  
 „nisi conformitas ibi detecta doctrinæ  
 „erit

„ergo ipsos sincere fuisse locutos, dubium  
 „non est, quippe Jansenii doctrinam pro  
 „sua habent, & sectæ catechismum  
 „pro instructione suis affectis tradunt.  
 „Jansenius quoque Dordracenæ Synodi  
 „decisiones propugnat, & San-Cyra-  
 „nus fatetur, Calvinum *hac in re bene*  
 „*egisse*: certissimum igitur est, quod Jan-  
 „seniæ circa prædestinationem & gra-  
 „tiam cum Protestantibus consentiant.  
 „Quis ergo jure non dubitat, an vos Ca-  
 „tholici sitis, si ulterius Jansenii librum  
 „pro Catholico habere pergitis? Quis  
 „non merito suspicetur, vos ad Prote-  
 „stantium dogmata inclinare?

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1740.

„Ast melius de vobis sentimus; ve-  
 „strum enim potissimi longe ab ejusmo-  
 „di opinione abhorrent: & ex hujus  
 „sectæ Antesignanis pauci quidam ve-  
 „stra confidentia abusi, per suos dolos  
 „& illecebras vos eo deduxerunt, ut  
 „contra vestros supremos Ecclesiæ Pa-  
 „stores inique insurgeretis: falso vobis  
 „persuasere, veritatem opprimi & fidem  
 „pessumdari. Nunc vero sapite; si enim  
 „Jansenii doctrina de gratia est vere Ca-  
 „tholica, tunc Protestantes quoad hunc  
 „articulum erunt vere Catholici. Num  
 „autem id affirmare audebitis? nonne  
 „id vel cogitare abhorretis? Vultis ve-  
 „ro Tridentinæ Synodi decisiones &  
 „avi-

Sæc. XVIII. „avitam vestram fidei confessionem abne-  
 A. C. 1740. „gare, ut e contrario Dordraceno Con-  
 „ciliabulo cum Jansenio thus adolere  
 „pollitis?

„Si Bonneryus adhuc vita superstes  
 „foret, abs dubio illum numero sancto-  
 „rum Sacerdotum, qui persecutionem  
 „passi sunt, accenseretis, & si ipsum pro-  
 „meritis pænis propter suam rebellio-  
 „nem contra Ecclesiæ decisiones casti-  
 „gare vellemus, exclamaretis utique:  
 „Proch quanta iniquitas! vestri ejula-  
 „tus, lamenta & querelæ, quibus no-  
 „stram severitatem adversus *imaginarium*  
 „sectam accusaretis, aures nostras inde  
 „sinenter pulsarent. Ast putatisne, *phant-*  
 „tasma vocari posse illam sectam, quæ  
 „ipsam quoque Ecclesiæ doctrinam  
 „transformare & corrigere præsumit  
 „sectam, quæ sua dogmata occultat &  
 „obvelat? sectam, quæ omnes fraudum  
 „machinas admovet, ut suorum nume-  
 „rum augeat? sectam, quæ illis stipen-  
 „dia assignat, quos conducit? sectam,  
 „quæ de suis actionibus severissimum  
 „imponit silentium, & quamprimum de  
 „arcanis ejus molitionibus vel mini-  
 „mum ex incircumspectione forte trans-  
 „pirat, mox ad pernegandum confugere  
 „præcipit? sectam, quæ dogmata de  
 „meritis & Salvatoris morte pro omni-  
 „bus

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„bus, & de sufficienti gratia & libertate  
 „extirpare conspiravit? sectam, quæ  
 „solam gratiæ coactionem, impossibi-  
 „litem servandi Dei præcepta, dam-  
 „nationem sine ullis demeritis in bap-  
 „tizados fideles decretam stabilire, unice  
 „intenta est? sectam denique, quæ im-  
 „piissimos habet Ductores, quibus cæco  
 „obsequio paret? Quesnellus ex illis e-  
 „rat princeps, pro cuius defensione hi  
 „factiosi junctis viribus sese Sacræ Sedi  
 „& omnibus Episcopis pertinaciter op-  
 „posuere. Hic idem, ut supra memi-  
 „nimus, hoc diabolicum scriptum cui-  
 „dam Moniali tradidit, illius autem  
 „Auctor præprimis asseruit, quod illud  
 „a se compositum perneget, nec illius  
 „Auctor esse velit. Haud plura addi-  
 „mus, sufficiat enim errores & hujus  
 „scripti impietatem ponderasse; vene-  
 „num est, & quidem venenum, exclu-  
 „dens omne fortissimum antidotum,  
 „quod ad sanandam vestram infectio-  
 „nem, qua mala sorte abrepti fuistis,  
 „adhiberi potuisset.

„Supremus Pastor, cujus benevo-  
 „lencia, immeriti licet, huic Ecclesiæ  
 „præsumus, nobis pro vestra salute ra-  
 „tionem reddendi onus imposuit; dum  
 „nos ad sublimem hanc & tremendam  
 „dignitatem evexit, nos vigilare jussit,  
 „ut

Sæc. XVIII. „ut vos ab imminente periculo eripere  
 A. C. 1740. „mus. Igitur officii nostri ratione per  
 „moti decrevimus, periculosum hoc  
 „scriptum nobis traditum vobis quoque  
 „notum facere; & dum insidias fidei  
 „vestræ structas serio perpendimus, tan  
 „to horrore concussi sumus, ut illas vo  
 „bis sine mora detegere necessarium de  
 „ceremus: quamprimum enim vidimus  
 „hostilem gladium venientem super vos  
 „Pastorali cecinimus buccina, ut que  
 „vobis annuntiamus, in rem vestram  
 „vertatis; ait enim Propheta: *Audiet  
 quisquis ille est, sonitum buccinæ & non  
 se observaverit, veneritque gladius, & ta  
 lerit eum, sanguis ipsius super caput ejus  
 erit.*

„Eja ergo, Charissimi Fratres, est  
 „ne cor vestrum animatum illa subje  
 „ctione, quam Religio erga Aposto  
 „cam illam Ecclesiam, a qua fidem hauri  
 „mus, vobis inspirat? Num in vobis  
 „reviviscit omnis illa obedientia, quam  
 „Christiana humilitas docet erga illam  
 „Ecclesiam, quam ceu Matrem vestram  
 „omniumque Ecclesiarum Magistrat  
 „agnoscitis? Num tandem sentitis in  
 „vobis omnem illam obsequendi volun  
 „tatem, quam erga Christi Vicarium  
 „charitas deposcit? Mementote primo  
 „vestræ institutionis, qua a teneris die  
 „bus

„cistis venerando obsequio erga Eccle- Sæc. XVIII:  
 „siæ Caput ejusque Pastores instillato A. C. 1740.  
 „confundere odium, quo Protestantes,  
 „quamvis eorum confortio (cum inter  
 „eos vivatis) jam afueti sitis, summos  
 „Pontifices insectantur. In hac humili  
 „submissione tutam animarum vestra-  
 „rum quietem invenietis, vosque con-  
 „tra hostium nostrorum insultus valide  
 „protegetis.

„Vos vero, Fratres Charissimi, qui  
 „semper vocem Ecclesiæ Matris vestræ  
 „humili obsequio audistis, & vestro Ze-  
 „lo contra novitates accenso cor no-  
 „strum quotidie majore repletis solatio,  
 „grates rependite Deo, qui vos ab eo-  
 „rum insidiis præservavit. Obiicite ve-  
 „stris oculis periculum, quod vobis im-  
 „minet, & receptæ gratiæ magnitudo  
 „æquabit vestram gratitudinem, & si  
 „vos sacræ ac charitativæ miserationis  
 „sensus erga seductos vestros Con-Fra-  
 „tres tangit, humiliamini respicientes  
 „ad crebras occasiones, in quibus homi-  
 „num intellectus obfuscarî, & impingere  
 „potest. Insuper non scandalizet vos  
 „benignitas ac patientia, qua hostes no-  
 „stros supportamus, eisque duntaxat  
 „debitæ animadversionis speciem oppo-  
 „suisse contenti sumus, ut saltem aliqua-  
 „tenus graviores agnoscant castigatio-  
 „nes,



Sæc. XVIII. „nes, quas ob suam erga Ecclesiæ deci-  
 A. C. 1740. „siones rebellionem promeriti fuissent.

„Quam acerbo enim dolore crucia-  
 „tur Patris ac Pastoris animus, si suos  
 „Filiis extrema pœnarum severitate co-  
 „ercere, & rebelles oviculas a grege se-  
 „gregare cogitur? Faxit Deus, ut nostra  
 „benignitas erga obstinatos non repu-  
 „tetur pro criminosa indulgentia. Si  
 „vero eorum emendationem ac submis-  
 „sionem sperare licebit, maximum inde  
 „gaudium erit pro vobis & pro me, si  
 „vota nostra adimpleta videbimus. Hanc  
 „ergo gratiam a Deo imploremus, eique  
 „supplicemus, ut ab alto suos emittat  
 „radios, & illuminet eos, qui in tene-  
 „bris & umbra mortis sedent. Obsecro  
 „autem vos, Fratres Charissimi, per No-  
 „men Domini nostri Jesu Christi, ut non  
 „sint inter nos schismata, sed ut unani-  
 „mes uno ore honorificemus Deum &  
 „Patrem Domini nostri Jesu Christi, cui  
 „immortali, solique Deo, sit honor &  
 „gloria in sæcula sæculorum. Amen

Datum Montis Pessulani e Pa-  
 latio nostro Episcopali die 24  
 Sept. 1740.

*Georgius Lazarus,*  
*Montpessulanus Episcopus.*

S. IV.

## §. IV.

Sæc. XVIII.

A.C. 1740.

*Ipsa epistola apud præfatum Parochum reperta, seu Jansenismi arcana.*

Postquam igitur Zelosissimus hic Præfatus suam instructionem absolverat, eidem ipsam epistolam Jansenianam, de qua ibidem frequens ei erat sermo, adjunxit, eamque suo Clero, utpote ad detegendas Sectariorum fraudes aptissimam, ob oculos posuit. Erat eidem præfixus duplex titulus, & quidem I. *Secreta Jansenismi Statuta.* II. *Epistola encyclica ad S. Augustini Discipulos, qua ignorantia manifestatur eorum, qui diversam ab Ecclesia doctrinam profitentur.* Tenor hujus scripti erat sequens:

## HONORATISSIMI DOMINI!

„Insignes, recentesque Augustinianæ  
 „doctrinæ progressus, & vestram con-  
 „stantiam ac fortitudinem adversus ho-  
 „stium nostrorum rabiem, non sine ma-  
 „ximo cordis nostri jubilo percepimus:  
 „quoniam vero inimici nostri ex nostra  
 „oppressione optimum reportant spo-  
 „lium, hinc eorum sitim magis adhuc  
 „acuendam fore merito timemus: quo-  
 „circa bene nobis visum est, vos adhor-  
 „tari, ne in certamine & crudelissima-  
*Hist. Eccles. Tom. LXXVII.* G „rum

æc. XVIII „rum vexationum, quas propter justi-  
 A. C. 1740. „tiam sustinetis, tolerantia succumbatis.

„Jam dudum charitatis vinculum,  
 „quo compaginati sumus, cor nostrum  
 „excitavit, ut ante Dei conspectum po-  
 „siti hanc ab Eo gratiam exoremus:  
 „precum vero nostrarum ardore aliquam-  
 „diu continuato, tandem Deus nos illu-  
 „minavit, ut divini luminis ductu do-  
 „ctrinam nostram hic loci feliciter firmi-  
 „terque stabilire potuerimus.

„Cum autem id vobis communicari  
 „haud injucundum fore arbitremur,  
 „hinc præcipuas, juxta quas nos imi-  
 „tamini, regulas vobis proponimus, mi-  
 „nime dubii, quin his semel probe hau-  
 „stis, ipsimet pro vestra prudentia ac  
 „sagacitate plura alia adhuc magis pro-  
 „ficua adinvenire intenti eritis.

„Præprimis vero necessarium erit,  
 „ut Nobiliores, magisque Zelosi inter  
 „se fædus in Christo Jesu ineant, & al-  
 „ter alterum adjuvet, ut una omnes eo-  
 „dem spiritu animati opus perficiant;  
 „hac enim ratione in bene cæptis sem-  
 „per magis magisque proficient, con-  
 „stantiores evadent, & ad firmandas  
 „suas partes retundendosque adver-  
 „sarios suos longe potentiores erunt: quo-  
 „niam vero ex hisce præceptis nunc  
 „pro-

„proponendis forte unum alterumve oc-  
 „curret, quod simplicioribus offensioni  
 „esse posset, hinc probe considerandum  
 „est, quod sicuti Deus ad nostram salu-  
 „tem ea etiam adhibuit media, quæ ini-  
 „qua esse videntur, eoquod altissimi fi-  
 „nes & rationes, quibus Deus ad id per-  
 „moveretur, humano intellectui incogni-  
 „tæ sunt, ita etiam nostra præcepta ta-  
 „lis sunt conditionis, ut illis, quibus  
 „virtus Zeli cognita non est, forte ini-  
 „qua videri queant.

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1740.

„Plerumque Deus ter optimus nos  
 „per obstrusas ducit vias, ut nos etiam  
 „contra nostram voluntatem ad Beati-  
 „tudinem pertrahat: decipiendi sunt  
 „homines, ut lanentur. Quinimo si hac  
 „in re Reformatos, uti vocari amant,  
 „sequimur, id non ideo fit, perinde ac si  
 „eorum hæresin non damnaremus, sed  
 „quia, sicut nulla herba adeo est noxia,  
 „quin adhuc utilis esse possit, ita quo-  
 „que nobis licet innoxia adhibere me-  
 „dia, quibus ipsi ad suam Religionem  
 „cordibus populorum implantandam usi  
 „sunt, quamvis ipsorum causa ob pra-  
 „vos fines in interitum degenerarit.  
 „Ceterum si eorum Protoparens Mona-  
 „chorum ambitionem non impugnasset,  
 „& pedanticas illorum doctrinas de e-  
 „leemosynis & meritis, ex quibus quæ-  
 „stum

Sæc. XVIII. „stum ceperunt. non annihilasset, certe  
 A. C. 1740. „doctrinæ suæ integritas non tam altas  
 „egisset radices, uti tamen factum est.

„Eapropter inoffenso pede eandem  
 „semitam calcare possumus, non quali  
 „eorum errori patrocinant, sed ut Ec-  
 „clesiam in primæva sua disciplina ser-  
 „tam servemus, prout & ipsi hunc fi-  
 „nem obtendebant, & collapsam pro-  
 „fanæ potestatis auctoritatem majesta-  
 „temque rursus se erecturos jactitabant.

„insuper etiam fateri cogimur, quod  
 „Calvinitæ in stabiliendo erroris sui  
 „proposito admodum prudentes fuerint,  
 „speciatim quippe circa Eucharistiæ sa-  
 „cramentum suam sententiam non pa-  
 „lam produnt, sed provide tam obscu-  
 „ris exponunt verbis, ut eam ad om-  
 „nes temporis, aliarumque circumstan-  
 „tiarum rationes & ad Auditorum suo-  
 „rum capacitatem accommodent. In-  
 „de & nos inferimus, quod quandoque  
 „dissimulare, & præcipua doctrinæ no-  
 „stræ dogmata occultare, nec ea obvie-  
 „scuicunque, nec quovis tempore ma-  
 „nifestare, necessarium sit; tam ferreum  
 „enim vivimus sæculum, ut hominum  
 „potissimi ad assequendam hanc doctri-  
 „nam incapaces sint.

„Ex his, Viri honorandi, jam pro-  
 „spicitis præcipua capita, de quibus vo-  
 „bis

„biscum, Deo dante, conferre aggreg- Sæc. XVIII.  
 „dimur, impenſe tamen rogamus, ut A. C. 1740.  
 „nos precum veſtrarum ſuffragio adju-  
 „vetis, nosque in ſacro veſtro ſœdere  
 „junctos ſervetis, ſumus enim

*Noſtrorum DD. Conſratorum*

Humillimi in Chriſto ad-  
 dictiſſimi Portu- Re-  
 giennes Presbyteri. S.  
 Auguſtini Diſcipuli.

*Fœderis noſtri ſcopus.*

„Hujus Societatis ſcopus non alius  
 „eſt, niſi ut corruptelas & abuſus a tem-  
 „pore D. Auguſtini ex ignorantia pu-  
 „rioris ſæcæ doctrinæ in Eccleſiam irre-  
 „pentes emendemus, & Presbyteris ſæ-  
 „cularibus aliisque Clericis debitam po-  
 „puli venerationem, paſtoralemque cu-  
 „ram, quam non ſine eorum injuria Mo-  
 „nachi ad ſe rapuerunt, denuo vindice-  
 „mus. Igitur nimiam fiduciam, qua  
 „plebs Monachos veneratur, imminuere  
 „poterimus, ſi populo perſuaſerimus,  
 „Regulares a ſeveriore diſciplina defi-  
 „cere, corruptos habere mores, uſita-  
 „tam eorum animas dirigendi metho-  
 „dum eſſe noxiam, illos doctrinam S.  
 „Auguſtini doctrinæ recta contrariam,  
 „& quidem in re omnino ad ſalutem ne-  
 „ceſſaria, ſcilicet de prædeſtinatione &  
 „gratia profiteri.

G 3

Pri-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

*Primum famam aucupandi medium.*

„Ad captandam populi existimatio-  
nem omnino necessarium est, ut nostri  
mores suos saltem exterius ita compo-  
nant, ut pii probique appareant, necnon  
plebs de eorum eruditione & sinceritate  
præclare sentiat. Incumbant certis  
externæ pietatis exercitiis, pariter-  
que ad eadem populum incitare cu-  
rent, v. g. ut captivis opem ferant,  
infirmos visitent, sacratissimum Alta-  
ris Sacramentum adorent &c. ejus-  
modi enim actiones plurimum eo con-  
ferunt, ut e rudium cordibus sinistra  
eliminēt opinionem, perinde ac si  
Augustini doctrina affinis foret doctri-  
næ Calvinī.

„Præterea populo insinuent, ho-  
diernam Ecclesiæ disciplinam esse re-  
laxatam, impositas pœnitentias nimium  
leves, nec peccatorum gravitati com-  
mensuratas esse, Eucharistiam quoque  
prout hodie recipitur, potius profana-  
ri, quam adorari, hosce abusus pe-  
depravatos Monachorum mores in Ec-  
clesiam irrepsisse, vel etiam per in-  
nam eorum ambitionem, qua Monach-  
rorum ac priorum aliorumque  
judicio sibi indies plures Patronos  
„fa-

„fautores conciliare nitebantur: e con- Sæc. XVIII.  
 „trario nostri se invicem amplis honorent A. C. 1740.  
 „elogiis & acquirendæ eruditioni insu-  
 „dent, ut in ore omnium ceu Viri docti  
 „deprædicentur: frequenter etiam tam  
 „ex suggestu quam in privatis suis collo-  
 „quiis sermonem inspergant de præde-  
 „stinatione, de gratia & de S. Augustino.

*Medium II. Monachos opprimendi.*

„Sedulo omnia, quæ in Mona-  
 „chorum contumeliam scripta prodie-  
 „runt, conquirant, & in sua adversaria  
 „minutim referant, ut ea in promptu  
 „quavis occasione habeant, adeo ta-  
 „men circumspecte, ut unice ex Zelo,  
 „non autem ex invidia egisse videantur.

„Rem adeo dextre gerant, ut popu-  
 „lis Monachorum inscitiam & rudita-  
 „tem sensim patefaciant, illam venera-  
 „tionem, qua rudes laici eos colunt,  
 „& Patrum nomine honorant, ex eo-  
 „rum cordibus eliminent. Ea de caus-  
 „sa opportunæ captandæ sunt occasio-  
 „nes, in quibus sine populi offensionibus  
 „hæc regula in usum deduci poterit  
 „Supprimenda est doctrina de meritis  
 „ad cælos vero extollenda victrix gra-  
 „tia. Experientia edocti sumus, quo  
 „Monachi per doctrinam de meritis jux-  
 „ta hodiernam extensionem & Ecclesia



Sæc XVIII „praxin potissimum ditescant, & ea ex  
 A. C. 1740. „præcipuis redditibus sit, unde Monach  
 „chi sustentantur. Quamdiu enim cre  
 „ditur, Deum nunquam sufficientem  
 „denegare gratiam, hancque per no  
 „stram cooperationem fieri efficacem,  
 „semper fideles suæ salutis studiosi scire  
 „desiderabunt, quæ sit Dei voluntas, ut  
 „eam adimpleant, proin Monachos,  
 „quos velut mysteriorum Dei dispensa  
 „tores respiciunt, consultabunt, eisque  
 „abundanter eleemosynas elargientur,  
 „hacque ratione Monachi sibi ingentem  
 „famam conciliabunt. Haud parum  
 „ergo interest, ut D. Augustini Disci  
 „puli hanc doctrinam, quæ sub specioso  
 „conservandæ libertatis obtentu animas  
 „occupat, suspectam reddant.

„In summa: nonnisi delectabilem &  
 „victtricem gratiam, per quam electorum  
 „voluntas a cooperationis labore suble  
 „vatur, in ore habeant, doceantque  
 „superfluam esse omnem sollicitudinem  
 „qua Deo *per nostra bona opera* servit  
 „comur.

„Nec Deum plus a nobis requirere  
 „nisi ut gratiam in nobis operari sinamus  
 „& quidem eo magis, quo minus suam  
 „ejus necessitati resistere possumus  
 „quiuimo hanc gratiam semper conjun  
 „ctam habere ejusmodi suavitatem, te  
 „lem

„lemque efficaciam, ut id omne, quic- Sæc. XVIII.  
 „quid de ea dici posset, infinities supe- A. C. 1740.  
 „ret, hanc quoque gratiam ex certis,  
 „& non cuilibet cognitis indiciis depre-  
 „hendi, & parce admodum commu-  
 „nicari.

„Caveant tamen, ne statim ab ini-  
 „tio prodant, qualia sint hujus gratiæ  
 „signa, hinc duntaxat insinuent, hanc  
 „scientiam unice esse pro illis, qui ejus  
 „capaces sunt. Hæc agendi ratio om-  
 „nium est opportunissima, ut populi a-  
 „viditas acuatur, ac propterea ex sa-  
 „lutis suæ desiderio a Vobis consilium  
 „exposcat.

*Varia instructiones circa concionandi  
 modum.*

„Prudentis est, animi dispositionem  
 „illius, quocum conversamur, probe  
 „expiscari, maxima autem prudentia  
 „opus est, ut cum illis, quos a nostra  
 „doctrina alienos esse suspicamur, fru-  
 „struose agere possimus. Eapropter om-  
 „nes nostri foederati summa utantur  
 „circumspectione, si cum illis agere o-  
 „portuerit, quos vel sciunt, vel audie-  
 „runt, eos a Viris nostræ societati ad-  
 „versis fuisse instructos: tum vero suum  
 „Zelum moderari, sedulo studeant, ne  
 „S. Augustini doctrinam, quam intem-  
 „pesti-

Sæc. XVIII. „pestive propugnare voluerunt, in di-  
 A. C. 1740. „scrimen adducant.

„Jurent ac perjurent, se contra pro-  
 „bos Monachos nil habere, quod car-  
 „pant, nec etiam religioni sibi ducant,  
 „suam abnegare doctrinam, & se Janse-  
 „nistas non esse asserere, imo nequidem  
 „Yprensus Episcopi nomen proferant, si-  
 „cum ejusmodi agant hominibus, qui  
 „ejus nomen & doctrinam abhorrent,  
 „potius ergo opportuniorem occasionem  
 „patienter præstolentur.

„Suam quoque mentem palam non  
 „prodant, sed tam artificiosis verbis ob-  
 „velent, ut suas doctrinas communi de-  
 „ctrinæ haud absimiles esse, credatur  
 „ne audientium animi statim ab iniuria  
 „irritentur, sed potius sensim ad hanc  
 „riendam S. Augustini doctrinam dis-  
 „sponantur.

„In primo colloquio dici poterit  
 „Deum quidem etiam reprobis gratiam  
 „impertiri, eas tamen suo effectu ca-  
 „rere: nec tamen asserant, nec propo-  
 „gnent id ex defectu præfatæ gratiæ ad  
 „cooperandum necessariæ in reprobis  
 „venire. Item, quamvis non aliam  
 „quam *libertatem a coactione* admittant  
 „mus, nomen tamen libertatis depræ-  
 „dicare, nosque liberos esse, nostras  
 „qui

„que actiones laude vel vituperio esse  
 „dignas, plenis buccis crepare, neces- Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.  
 „sarium erit.

„Insuper quamvis gratia, voluntatem  
 „præveniente necessitate obruat, non  
 „tamen verbo *necessitatis* palam uti  
 „decet, nec dicendum, quod gratia  
 „voluntatem necessitet, sed illius lo-  
 „co dici potest, quod victrix gratia  
 „voluntatem in suavem triumphum du-  
 „cat, quin ei vim vel coactionem infe-  
 „rat. Ab initio etiam sedulo cavendum,  
 „ne ejusmodi proferantur sententiæ,  
 „quæ audientium aures offendere pos-  
 „sent, aut nobis objectandi ansam præ-  
 „berent, perinde ac si statueretur, *Chri-*  
 „*stum pro omnibus non esse mortuum,*  
 „*præcepta Dei prævaricantibus non esse pos-*  
 „*sibilia, non dari sufficientem gratiam,*  
 „*Deum non velle omnes homines salvos*  
 „*fieri &c.*

„Verbo: fatis erit, de gratia victrice  
 „& prædestinatione sermonem insper-  
 „gere, omniaque media, ad utrumque  
 „hoc caput audientibus inculcandum  
 „apta adhibere, quin inde ullus ex ad-  
 „stantibus offendatur: ea autem mode-  
 „ratione ideo utimur, ut semel hoc ad-  
 „misso, quilibet facillime ea, quæ ex  
 „utraque hac sententia per se profluunt,  
 „inde inferre queat.

„Præ-

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

„Præterea asserere poterunt, con-  
 „troverfias inter Jansenistas & Molini-  
 „ftas inde oriri, quod inter fe duntaxat  
 „circa verba disputent, in ipsa tamen  
 „rei substantia conveniant, & nec hi nec  
 „illi pro hæreticis habendi fint, cum  
 „tantum de quæftione fcholastica aga-  
 „tur, de cetero autem S. Auguftinus  
 „conformius ad Dei magnitudinem lo-  
 „cutus fuerit.

„Jactent, fe effe pacis amantes, ni-  
 „que magis quam diffenfiones abomi-  
 „nari & clamores eorum, qui ejusmodi  
 „altercationes in Ecclefia concitant, id  
 „autem eo collimat, ne pro fchismatis  
 „Authoribus habeamur: hinc etiam  
 „fuadeant, ut de ejusmodi controver-  
 „fiis nec pro, nec contra disputetur.

„Si autem mentem fuam coram fibi  
 „fufpectis candide aperire voluerint, id  
 „mere narrative faciant, dicendo, v. g.  
 „hoc vel illud propugnant Janseniftæ:  
 „eo etiam modo agere poterunt illi ex  
 „nofttris, qui coram incognitis Viris fuas  
 „opiniones fortiter propugnando impa-  
 „res funt, fi forte fufpicientur, in eorum  
 „confortio quosdam reperiri, qui in eos  
 „tela retorquere noverint.

„Provocati autem, ut fuam doctri-  
 „nam argumentis ftabiliant, optime fa-  
 „cient

„cient, si de ejusmodi argumentis pa- Sæc. XVIII.  
 „rum solliciti quandoque exclament: O A. C. 1740.  
 „*Altitudo* &c. vel etiam sine hæsitatio-  
 „ne afferant: hoc idem S. Augustinus di-  
 „fertis verbis docuit: & hoc satis erit.

Quilibet in promptu habeat copio-  
 „sum apparatus encomiorum, quæ Ec-  
 „clesia D. Augustino attribuit, inde in-  
 „ferent, quantæ auctoritatis S. hic Do-  
 „ctor, quanta quoque veneratione di-  
 „gnus sit, quam merito etiam nostrum  
 „intellectum ei subicere oporteat, nec  
 „suorum verborum sensum perscrutari  
 „liberum sit. Potissimi ex iis, qui vel  
 „suspecti, vel huic doctrinæ infensi sunt,  
 „illam ideo velut novam respiciunt, quia  
 „recens in lucem prodiit, ac ideo eis  
 „persuadendum, illam non aliam esse,  
 „quam omnium fere sæculorum anti-  
 „quitate venerandam.

*Modus agendi cum simplicibus.*

„Dantur homines probi ac simplices,  
 „qui de quodam doctrinæ systemate nil  
 „omnino norunt: hi autem, quia suæ  
 „salutis admodum cupidi sunt, & fa-  
 „cilius capi poterunt, cum eadem  
 „tamen circumspectione, quæ circa  
 „suspectos adhibetur, cum illis agen-  
 „dum erit, quamvis paulo apertius eis  
 „doctrina proponi valeat: attente etiam  
 „eo-

Sæc. XVIII.

A.C. 1740.

„eorum inclinatio, quam in tali collo-  
 „quio produnt, observanda est, & se-  
 „dulo inspiciendum, an dictis assentiri  
 „videantur; inde enim fructum ex no-  
 „stro ore haustrum agnoscere poterimus.

„Si igitur novitatis hamo vix non  
 „captos esse deprehendetur, audacter  
 „ipsis proponenda est doctrina eo saltem  
 „modo, quo hodie in Ecclesia & in  
 „scholis imo etiam in Conciliis tempore  
 „S. Augustini habitis proposita fuit.

„Nuptæ imo etiam nubiles Virgines  
 „ad amplectendam hanc doctrinam, si-  
 „demque desuper struendam sat idoneæ  
 „sunt: hinc S. Augustini Discipuli om-  
 „ni, quo possunt modo, ejusmodi mu-  
 „lierum amorem sibi conciliare stu-  
 „deant, idque haud facilius, quam si-  
 „mulata quadam singulari pietate asse-  
 „quentur: nil enim huic sexui acceptius  
 „est, quam singularitas, & novitas  
 „harum quoque mulierum ope facilis  
 „negotio integræ familiæ ad eandem o-  
 „pinionem pertrahi poterunt. Hæc  
 „præcepta non modo exacte adimplean-  
 „tur, sed etiam sedulo curetur, ut ad  
 „has sæminas facilem aditum habeant  
 „eisque præfatam doctrinam tam in pri-  
 „vato colloquio, quam in publicis con-  
 „versationibus intime instillare queant.

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

„Si quidam liber huic doctrinæ fa-  
 „vens, & ad persuadendum aptus pro-  
 „dierit, ex nostris ditiores illum fæmi-  
 „nis procurare rogantur, habeantque  
 „in promptu plura illius exemplaria di-  
 „verso modo compacta, quæ illis dono  
 „dare, aut saltem ad tempus commo-  
 „dare, haud cunctentur, prout eis be-  
 „ne visum fuerit, aut major fructus spe-  
 „rari poterit.

„Si vero alicubi ejusmodi expensis  
 „ferendo impares essent, ex communi  
 „ærarario, de quo sicut & de salariis plura  
 „inferius, necessaria suppeditabuntur.

*Modus conversandi cum indifferentibus.*

„Non raro fæderati Discipuli S. Au-  
 „gustini occasionem habebunt agendi  
 „cum illis, qui nec nobis nec nostris  
 „adversariis favere videbuntur: cum  
 „his eodem modo, quo cum simplici-  
 „bus & suspectis pro cujuscunque pru-  
 „dentia agendum erit.

„Præterea in Nobilium ædes scri-  
 „ptos vel typis editos libros velut sin-  
 „gularis raritatis opera spargant, vel ad  
 „Urbium Primores transmittant, ut le-  
 „gendi aviditate pellecti inde suo Marte  
 „instructionem hauriant, quæ ipsis ore-  
 „tenus non semper, nec tam facile da-  
 „ri posset.

„Ut



Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

„Ut vero eorum aviditas magis ad-  
 „huc acuatur, præcipua nostræ doctri-  
 „næ capita tanquam *arcana oracula* sunt  
 „deprædicanda. Si vero Adversario-  
 „rum nostrorum quispiam vel doctri-  
 „nam vel personam cuiuspiam ex no-  
 „stris fuerit aggressus, tunc enim vero  
 „vel maxime necessarium est, ut apo-  
 „logias quaquaversum emittamus, qui-  
 „bus id efficiamus, ut una ex parte ad-  
 „versarii nostri deprimantur, ex altera  
 „nos super eorum ruinas triumphum e-  
 „rigamus, illis ad ignominiam, nobis  
 „ad tutelam.

„Coram illis, quos S. Augustini do-  
 „ctrinæ paulo benignius affectos norunt,  
 „apertius in Molinæ sectatores inve-  
 „here, illosque ceu meros Pelagianos  
 „vel Semi-Pelagianos traducere pote-  
 „runt: quoniam vero Deus reprobis suf-  
 „ficientem denegat gratiam, inde an-  
 „sam arripiant declarandi, quod Deus illi  
 „ad iustitiæ suæ exercitium permittat.

*Modus agendi cum fervidis & devotis.*

„His proponant, solidiorem illam  
 „esse doctrinam, quam S. Augustinus  
 „tradidit, multas quoque requiri con-  
 „ditiones, ut actio quædam vel peccat-  
 „tum

„tum Deo *displiceat* (\*), gratiam præ- Sæc. XVIII.  
 „cipuam esse causam, propter quam A. C. 1740.  
 „optimæ actiones in peccatum degene-  
 „rant, & non raro superbiam actus om-  
 „nium meritissimos inficere.

„Nec magis peccaminosam dari su-  
 „perbiam, quam si quis credat, quod  
 „nos ad pietatis actus, quos Deus in  
 „nobis operatur, cooperemur, & cujus-  
 „dam meriti capaces simus.

„Summus autem honor, & præstan-  
 „tissima virtus in eo consistat, ut homo  
 „totaliter a gratia dependens quiescat,  
 „eaque omnia in nobis & sine nobis o-  
 „peretur.

*Methodus agendi cum iis, qui virtutis cul-  
 tum negligunt.*

„His, quibus vel pietas incognita,  
 „vel qui dissolutam vitam agunt, aut  
 „ad vitæ licentiam inclinant, Deum ab  
 „æter-

(\*) In manuscripto apud hunc Parochum  
 reperto ly *displiceat*, seu *desagreable* linea qua-  
 dam vix non erat deletum, unde probabilius  
 hæc propositio ita emendari debuisset: *multæ*  
*requiruntur conditiones, ut nostræ actiones &*  
*preces Deo sint acceptæ, ingratitude autem*  
*pro gratia præcipua est causa, propter quam*  
*etiam optimæ actiones nil nisi peccatum sunt.*

*Hist. Eccles. Tom. LXXVII. H*

Sæc. XVIII „æterno nos vel ad salutem vel ad dam-  
 A. C. 1740. „nationem præordinasse . . . ipsius de-

„cretum per nos immutari haud posse,  
 „arduas esse Monachorum actiones &  
 „mortificationes, sed ad nihil utiles, si  
 „in gratia constituti sumus, per gratiam  
 „& non per bona opera meritum no-  
 „strum conquiri (si tamen meritum da-  
 „tur) si vero in statu gratiæ non sumus,  
 „tunc bona opera non tantum nihil no-  
 „bis prodesse, sed totidem esse peccata  
 „mortalia.

„Si vero ex Concilio Tridentino con-  
 „trarium ostendatur, replicent, hoc  
 „Concilium non fuisse legitimum, sed  
 „duntaxat ex furiosis Monachis consti-  
 „tutum: omnes, qui docti & ingenio sa-  
 „gaces audiunt, esse Jansenistas; hæc  
 „pluraque alia hominibus dissolutis sine  
 „omni tergiversatione palam proponant,  
 „aliis autem, qui horum incapaces sunt,  
 „caute occultanda, uti sunt: Deum pro-  
 „reprobis non esse mortuum, eisque ne-  
 „quidem sufficientem dare gratiam, cum  
 „probe sciat, eos illa abufuros: nullam  
 „omnino dari gratiam, quæ non sit ef-  
 „ficax & victrix, efficacem autem fieri  
 „sine ulla cooperatione nostra; hæc  
 „gratiam, si semel cuidam est data, præ-  
 „destinationis signum esse & maxime  
 „lætitiæ argumentum, illam vero non  
 „nisi ex certis signis cognosci &c.

Modis

*Modus agendi cum Præsulibus, Presbyteris, aliisque Clericis sæcularibus.*

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„Fæderati Discipuli S. Augustini  
 „specialiter curent, ut nostræ factionis  
 „Præsules summa subjectione, Sacerdo-  
 „tes vero omni amore & veneratione  
 „prosequantur, ut hi convincantur, quod  
 „Nos sacerdotalem dignitatem melius  
 „quam Monachi æstimemus & honore-  
 „mus: ipsis quoque inculcent, quod  
 „Presbyteri a Monachis passim vilipen-  
 „dantur: ipsis vero solis animarum di-  
 „rectionem & Divini Verbi dispensatio-  
 „nem jure competere, exclusis aliis qui-  
 „buscunque: Monachos enim hoc mu-  
 „nus illegitime ac violenter usurpasse.  
 „Religiosos ad nullum Hierarchiæ Ec-  
 „clesiasticæ gradum spectare: nec eos  
 „ad aliud esse vocatos, nisi ut Deum ex-  
 „orent, & in sua solitudine gemant,  
 „non autem concionentur: illos esse  
 „vanos, ambitiosos, sæcularisantes &  
 „vindictæ cupidos homines, & ubi de  
 „proprio commodo agitur, eos quidem  
 „Dei honorem obtendere, Dei tamen  
 „cultum in rebus abominandis consti-  
 „tuere, ac unice eo intendere, ut sacer-  
 „dotalem statum contemptibilem red-  
 „derent, & populos in horum contem-  
 „ptu nutrent.

H 2

„Ea-

Sæc. XVIII.

A. C. 1740

„Eapropter Presbyteros sæculares  
 „niment, ut in publicis pulpitis compare-  
 „re audeant, eisque nostri ad hoc munus  
 „cum decore obeundum auxiliatrices  
 „manus porrigant, seque, quantum fieri  
 „poterit, eis associent, ut in vinculo  
 „charitatis conjuncti ad deprimentos  
 „Monachos validum exercitum conflare  
 „queant. Præterea nullis sumptibus,  
 „nullisque viribus parcant, ut illos, qui  
 „vel suis libris, vel suis concionibus li-  
 „bi nomen compararunt, S. Augustini  
 „doctrinæ propensos reddant.

*De modo invicem agendi.*

„Confoederati Discipuli tam arctum  
 „inter se foedus sacratum habeant, ut  
 „nihil in mundo eos separare valeat.  
 „persuasissimum enim eis sit, totum ro-  
 „bur adversus eorum hostes unice in  
 „arcta hac concordia consistere: ac pro-  
 „pterea cunctos, qui præfatam doctri-  
 „nam profitentur, *D. Augustini Discipu-*  
 „los vocent: *foederati* autem *Discipuli*  
 „duntaxat erunt illi, quibus præter  
 „instructio fuerit communicata: cura  
 „bunt autem, ut unicum illius trans-  
 „sumptum in quavis urbe, & in quovis  
 „nobiliore Regni pago habeatur.

„Rogantur autem illi, quibus hæc  
 „instructio concredita est, ut eam nulli  
 „exhi-

„exhibeant. nisi eos huic doctrinæ opti-  
 „me affectos, & nostris hostibus ap-  
 „prime infensos esse certe noverint. Ex  
 „his pauci eligantur, quibus, si vel sub  
 „officiosa salutationis vel honestæ de-  
 „ambulationis prætextu erunt una con-  
 „gregati, poterunt subinde ea commu-  
 „nicari, quæ ad hujus doctrinæ stabi-  
 „limentum, progressum, aut ad alia  
 „his annexa negotia spectare videntur.

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1740.

„Insuper ex foederatis illi, qui in-  
 „genii acie vel capacitate eminent, in  
 „foro publico comparere, hostesque  
 „suos doctrinæ armis instructa acie de-  
 „bellare poterunt, qui vero *secreti* vo-  
 „cantur *Discipuli*, quales ipse etiam Dei  
 „Filius habuit, quiete subsistant, & se-  
 „se ita gerant, ac si indifferentes vel om-  
 „nino, si opus fuerit, adversæ par-  
 „tis Patroni essent, ut eo facilius ani-  
 „mi dispositiones, horumque propen-  
 „sionem erga doctrinam in conventibus,  
 „quos vel ideo sæpissime frequentent,  
 „expiscari valeant.

„Curabunt insuper, ut commune e-  
 „rigant ærarium, ex quo necessariæ  
 „solvantur expensæ, & instruantur ty-  
 „pographiæ pro edendis scriptis volan-  
 „tibus, necnon salaria pendantur tam  
 „pro iis, qui non nisi auro conducti po-  
 „terunt, quam iis, qui jam conducti

H 3

„alios

Sæc. XVIII. „alios clam ad nostram doctrinam per  
A. C. 1740. „trahunt. His amplissima solvantur fi-  
 „pendia, dummodo ærarium non exhae-  
 „riatur.

„Altissimum servabitur silentium  
 „non tantum de hac instructione nun-  
 „quam publicis typis edenda, sed & de  
 „conclusis aliisque occurrentibus, qua  
 „in præfatis Conventibus secreto agita-  
 „buntur. Si Episcopi vel Presbyteri  
 „aut Nobiles nostræ doctrinæ insensibili-  
 „minus propensi erunt, nostri quieti  
 „subsistant, & ab omni strepitu abste-  
 „neant, in secreto tamen agere pergant  
 „jam contenti, quod sensim animos ad  
 „rectam semitam deducturi sint.

„Foederati Discipuli vicissim sese ad  
 „ludendum invitent, & in secretis locis  
 „cis cohabitent, ut semper sese arctiori  
 „vinculo jungant, firmiterque con-  
 „glutinent. Excipiuntur tamen occul-  
 „Discipuli, qui ponnisi sat raro & se-  
 „creto cum palam prodeuntibus sese  
 „quales haberi prætendant. Si qui  
 „Episcopis inferiores doctrinam impu-  
 „gnaverint, modeste eos monebunt,  
 „autem nihil profecerint, nec eos a  
 „pertinacia revocare potuerint, tum  
 „exacte in omnes eorum mores inquiri-  
 „retur, eisque bonorum & dignitatum  
 „jactura interminabitur: priusquam

„tamen eo res deducatur, ingens ad-  
 „hibenda est circumspectio, nihilque  
 „sine prævia explorata foederatorum  
 „sententia aggrediendum est.

Sæc. XVIII.  
 A.C. 1740.

„Sacerdotes congrua sustentatione  
 „in eorum terris carentes rogantur, ut  
 „ad publicos Discipulos Parisiis agentes  
 „recurrant, qui eis omnia ad victum &  
 „vestitum necessaria suppeditabunt.

*Pro conversatione in particulari.*

„Qui sæculum, & promiscua om-  
 „nium consortia frequentare solent, sem-  
 „per in decenti habitu compareant, &  
 „tam in suis colloquiis, quam etiam in  
 „exteriori cultu suavitatem redoleant,  
 „semperque quamdam animi celsitudi-  
 „nem, sacramque spiritus libertatem  
 „præferant, quin sese uni rei alligari  
 „patiantur, & quamvis mortificationes  
 „aliaque opera poenalia coram Deo ni-  
 „hil profint, ea tamen quandoque ex-  
 „erceri permittant iis, qui hoc modo  
 „in partes suas trahi, aut probæ vitæ  
 „exemplo in doctrina firmari sperantur.

„Hæc præcepta, adjuvante Deo, ex-  
 „acte ad opus deducant, quin tamen se  
 „ad ea sub peccato obstringi credant: si  
 „vero hæc transumpta fors in hostiles  
 „manus infausta forte inciderent, ea  
 „omnes Discipuli ore & calamo detesta-

H 4

„bun-



Sæc. XVIII. „buntur, si id nostri fæderis bonum ac  
A. C. 1740. „necessitas postulaverit.

## §. V.

*Jurisdictionis Ecclesiasticæ usurpationis Regiis edictis suppressa.*

**N**unquam Ecclesia Gallicana concubionibus magis periculosis agitata fuit, quam dum temerarios Jansenianæ sectæ ausus ipsa Parlamenti auctoritas pro aris & focis fulcire adlaborabat. Tum enimvero omnia sus deque miscerantur, & dum potestas Ecclesiastica suos limites transiisse falcemque in alienam messem immisisse incusabatur, vicissim Laica potestas ad Sanctuarium profanas manus iniicere haud reformidabat, ad id eidem ac præcipuis Parlamento Parisiensi portam aperientibus ipsis Ecclesiasticis; horum enim non pauci, & quod pudendum est, etiam Episcopi, cum supremo Pastore ejusque voci obedire ac sese subicere recusabant, ut contra Apostolicam Ecclesiæ severitatem se suæque sectæ monstra in tuto collocarent, ad ipsum Parlamenti tribunal supplices advolabant, hacque agendi ratione, ipsoque facto suasque causas laico huic Senatui subjecerunt, ac ita in laico Tribunali jurisdictionis

dictionem in Ecclesiasticos tacite agno-  
 vere. Nec otiose hoc præpostero in-  
 dulto Parlamentum potiri voluit; mox  
 enim, quippe jam illo ævo jurisdic-  
 tionis imperium latius præsertim in res,  
 Personas & causas Ecclesiasticas pro-  
 tendere, ingens erat illecebra, quos-  
 cunque ab Ecclesiæ sententia appellan-  
 tes expansis ulnis excepit, & cum hos-  
 ce Ecclesiasticos de *abusu* laicæ potesta-  
 tis jure redarguere posset, illos tan-  
 quam appellantes *ab abusu* jurisdictionis  
 Ecclesiasticæ commendavit, fovit, pro-  
 texit; nec hic stetit usurpationis corru-  
 ptela; semel enim impune tentato ad  
 Ecclesiasticorum causas gressu, Parla-  
 mentum pro vindicanda refractariorum  
 multitudine sibi jus soli Ecclesiæ pro-  
 prium arrogavit, & de ipsa Sacramen-  
 torum administratione cognoscendi, ac  
 judicandi potestatem sibi attribuit, non  
 tamen sine omni mordentis conscien-  
 tiæ convitio; ut ergo Parlamenti Pa-  
 tres usurpatæ jurisdictionis calumniam  
 declinarent, aiebant se nullatenus interi-  
 orem Sacramentorum administrationem,  
 utpote quæ sine controversia res sacra es-  
 set, sed duntaxat in externam seu ma-  
 terialem jus sibi vindicare, perinde ac si  
 ulla Sacramentorum administratio ex-  
 cogitari posset, quæ non simul ac essen-  
 tialiter externa esset. Nihilominus tam

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1740.

*Synops. a. f.*  
*Cler. Gall. V.*  
*Sacram.*

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

frivolæ distinctionis fulcro subnixi de materia cum essentia Religionis arctissime conjuncta cognoscendi auctoritatem sibi attribuerunt. Quid enim in Religione vera ad res sacras proximius accedit, quam ipsa Sacramentorum administratio, a primo fundatæ fidei momento Ecclesiæ Ministris ac Judicibus reservata? Ipse Deus jam in veteri fœdere de lepra cognoscendi jus & leprosos a castris Israel excludendi vel admittendi judicium solis Levitis eorumque ministerio adjudicavit. Et quis credat? novissime in hoc sæculo Catholici ac Regii Senatus Patres & quidem Laici, quod ante Jansenistarum motus contra Sedis Apostolicæ definitionem concitatos abhorruissent, nunc audacter dijudicant, pronuntiant, & definiunt, in quibus casibus Sacramenta Parochianis administranda sint. Quis imo ipsos etiam legitimos animarum Pastores arrogata sua auctoritate, ahibitis minis & pœnis compellunt, ut palam indignis, obstinatis, ac in sua rebellione notorie obduratis adorandum Christi Corpus & Sanguinem, non sine maxima Catholicorum offensione & Calvinistarum ludibrio ac triumpho administrent. Et ad hanc sacrilegam usurpationem ac violentiam ipsa etiam sibi a Rege Christianissimo concessa Magi

stratus auctoritate abutebantur, quod Sæc. XVIII.  
 sane sanguineis lacrymis deplorabant A. C. 1740.  
 prohi Franciæ Præsules, qui cum ex  
 Parlamenti decretis manifeste intelligen-  
 rent, non modo pretiosum sacræ pote-  
 statis depositum sibi per vim eripi, sed  
 etiam suos Ministros sanctum dare ca-  
 nibus compelli, querulas voces & ma-  
 nus contra hosce usurpatores ad ipsum  
 sacratissimum Regis tanquam Ecclesiæ  
 Advocati solium extenderunt. Horum  
 primus erat Aurelianensis Episcopus,  
 quem facti indignitas ad hunc recursum  
 adegit. Res ita contigit.

Jam anno hujus sæculi trigesimo  
 primo die decima tertia Aprilis Aure-  
 lianensis Parochus ad S. Catharinam a  
 quodam Viro nomine Dupleix vocaba-  
 tur, ut infirmæ ejus conjugi Sacramen-  
 ta salutis propinaret: ad nutum com-  
 paret ille, solatur afflictam, eamque  
 de animæ suæ statu paterne admonet:  
 brevi tamen ex ægrotantis declaratione  
 agnoscit, eam non modo a Constitutio-  
 ne, quæ pro Ecclesiæ ac Regni lege to-  
 ties recepta erat, appellasse, sed insu-  
 per pertinaciter interpositæ appellationi  
 suæ inhærere, nec ullis rationum mo-  
 mentis ad debitam submissionem fle-  
 cti posse. Igitur huic Sacramentum  
 porrigere, conscientiæ sibi duxit, &  
 admi-

Sæc. XVIII  
A. C. 1740

administrationem omnino differendam esse censuit. Mox Maritus a Crimalis fori Præfectum causam desert: hinc contra hunc Parochum iudicii acta instruuntur: vicissim vero causæ Ecclesiasticæ Judex, quem Galli *Promotorem* vocant, hoc negotium ad Episcopale forum revocat: quo factò Episcopus præcepit, ut infirma ad iudicium vocaretur: ea vero nec per se nec per alium comparente, ex Episcopali Curia demum decretum emanavit, vi cuius Parochus injunctum, ut paternis suis monitis infirmam rursus ad saniora reducere nitetur, ac tandem ad Sacramenta dignè recipienda disponeret. Interim veniens ad preces Mariti ac suæ Conjugis decima octava Aprilis Parlamentum dictum evulgavit, quo ambo tanquam appellantes ab abusu contra primam Episcopi sententiam fuere admissi, & omnino prohibitum, ne Episcopale decretum executioni daretur: quoniam veniens Maritus in suo libello supplici infirmam Sacramenta administrari petit, hinc quod pejus erat, a Parlamento injunctum est, ut supplices ea ab ipso Aurelianensi Episcopo peterent. Obteniens hac Parlamenti sententia Maritus Episcopum accessit, a quo tamen saum bellum supplicem Promotori exhiberi jussus est: altera autem die Aurelianensis

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

ensis Episcopus decretum suum edidit, quo Paracho ad S. Catharinam injunctum, ut ab infirma vocatus, & de ejus submissione erga Ecclesiæ leges certior factus, confestim eidem Sacramenta administret. Verum ejusdem Mensis die vigesima octava Dupleix O-rator a Parlamento aliud obtinuit decretum, quo declaratum, quod tam ipse quam ejus conjux jure appellaverint a revocationis sententia per Promotorem lata, necnon ab Episcopalis Curix sententiis, & Episcopi decretis: quinimo circa administrationem Sacramentorum Parliamentum juxta priorem suam die decima octava Aprilis pronuntiatam sententiam præcepit, ut Appellantes Aurelianensem Episcopum convenirent simul etiam Parlamenti Senatores suo Episcopo (scilicet oves Pastori) injunxerunt, ut quantum in ipso esset, invigilaret, ne in sua Diæcesi, quo Ecclesiæ statusque tranquillitas turbari posset, quicquam attentaret, præsertim vero totis viribus impediret, ne Sacerdotum quispiam in Sacramentorum administratione ullam declarationem exigat circa Constitutionem *Unigenitus*. Hoc Laici Magistratus interdictum & quidem circa rem mere sacram Episcopum compulit, ut Ludovicum Franciæ Regem adiret, ut Ludovicum Franciæ Regem adiret, supplex, quatenus utrumque hoc Parlamenti

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

lamenti decretum irritare vellet. Æ-  
quis hujus Præfulis precibus propositis  
 que Ejusdem rationibus expugnatus  
 Rex die vigesima sexta Maii sacratoris  
 sui Senatus edicto Episcopi postulata ad  
 Commissarios remitti jussit, ut relatio-  
 ne ab eis facta, quod æquum esset, Rex  
 decerneret.

Paucis post diebus omnino similis  
 controversia contra eundem Parochum  
 a Castillonia Nobili Matrona fuit mota,  
 res ita se habuit. Hæc mulier quere-  
 las suas ad Præfecturæ Rectores defert,  
 qui ejus precibus anuunt, ac in re-  
 statum inquirunt: confestim igitur tam  
 Parochus quam Episcopus in jus vo-  
 catur. Episcopus vero, priusquam  
 hujus causæ conditio per Parliamenti  
 violentias pejor fieret, ad Regem sup-  
 plex recurrit, a quo etiam die vige-  
 sima prima Junii sanctioris sui Consilii  
 decretum obtinuit, vi cujus Regia sui  
 Majestas Episcopi libellum supplicem ad  
 eosdem Commissarios in nupero decre-  
 to nominatos remisit, eo fine, ut de toto  
 hoc negotio suum judicium ferrent.  
 Percepta tandem horum relatione Rex  
 sententiam die sexta Julii pronuntiavit,  
 vi cujus Parliamenti decretum die vige-  
 sima octava Aprilis emanatum tanquam  
 irritum atque nullum ea ex parte declaratum

ratum est, qua Parliamentum in materia spirituali ac Sacramentorum Episcopo Aurelianensi quicquam præcipere præsumpsit: eadem quoque sententia Rex ad se suumque Consilium has causas apud Parliamentum pendentes, proin decreta in eodem foro die decima octava & vigesima octava Aprilis condita, sicut & querulas preces & inquisitionem ad præfatæ Nobilis Castelloniæ petitionem coram Criminalium Prætoze contra Parochum factam evocavit: quod etiam dein effectui datum est.

Verum Regis hæc edicta, quantumvis veris Ecclesiæ Legibus omnino consona essent, nondum tamen laicos Judices etiam inferiores refrænare poterant, quo minus in Sanctuarium involarent, & contra Sacerdotes edicta conderent, quinimo eo temeritatis prolapsi sunt, ut propria auctoritate sibi nequiter attributa Presbyteros constituerent, qui suæ factionis ægrotantibus Sacramenta administrarent, incassum reclamantibus Episcopis ac Parochis, cum ergo ejusmodi attentata Divinæ institutioni, Hieracchiæ Ecclesiasticæ, S. Canonibus, cunctisque Ecclesiæ legibus adversarentur, Rex proprio motu per suum sanctius Consilium anno Christi millesimo septingentesimo trigesimo nono horum

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.



Sæc. XVIII. rum Judicum usurpationem per duo de  
 A. C. 1740. creta repressit.

Primi decreti occasio erat hæc: Bajocensis Præfectus dicti anni die vigesima prima Aprilis contra præfate urbis Parochum ad S. Salvatorem mandatum edidit, vi cuius Parochus Regium Procuratorem, qui ob suam infirmitatem in hujus Præfecti ædibus hærebat, tempore Paschali Sacramenta administrare, quamprimum requireretur, jussus erat, secus si parere renueret, in dicti Præfecti curia compareret, suæ renitentia rationem causamque redditurus, Attamen Rex totam hujus facti seriem edoctus, die vigesima septima Maii sui Senatus edicto Præfecti mandatum irritum, nulliusque valoris esse declaravit, simulque huic Præfecto, & ceteris omnibus laicis Judicibus severis & sub pæna suspensionis, aliisque pænis severioribus ad terrorem aliorum infligendis ejusmodi mandata deinceps condere inhibuit, jussitque, ut Regium hoc edictum exacte descriptum ad Præfecturæ acta reponatur.

*Vid. supra*  
*tom. 26. p.*  
*275.*

Alterum Regis edictum extorsit te-  
 meritas Boularti Criminalium Præfecti  
 & in Sennonensi Diœcesi Villænove  
 Regiæ Prætoris, qui pariter die vige-  
 sima quinta Augusti præfate anno man-  
 datum

datum edidit, quo cum loci Parochus Sæc. XVIII.  
 Houffetæ Virgini periculose decumbenti A. C. 1740.  
 Sacramenta administrare denegaret,  
 propria sua auctoritate vicini suburbii  
 Parocho in mandatis dedit, ut prædi-  
 ctam fæminam Sacramentis morien-  
 tium muniret. Verum hoc attentatum  
 quantocius Rex motu proprio per Con-  
 filii sui decretum die octava Septem-  
 bris emanatum repressit, & Prætoris  
 mandatum, utpote ab incompetente  
 Judice ac foro datum, tanquam impium  
 attentatum adversus jura sacræ juris-  
 dictionis, penitus irritum nullumque  
 declaravit, dictumque Præfectum per  
 trimestre omnibus officii sui functioni-  
 bus, interdixit.

Eodem anno supremus Aurelianen-  
 sis Præfecturæ Prætor plura condidit  
 decreta, quibus indicta etiam tempora-  
 lium bonorum privatione Capitulum  
 Cathedrale compellere attentabat, ut  
 Sellierio ejusdem Ecclesiæ Canonic oad-  
 mortem decumbenti Sacramenta admi-  
 nistraret: huic vero mandato, cum a  
 judice incompetente emanasset, Capi-  
 tulum morem gerere constanter recusa-  
 vit, quapropter vi prioris edicti a præ-  
 fato Prætoe promulgati omnes Capi-  
 tuli redditus intercipiuntur. Attamen  
 Aurelianensis Episcopus Capituli sui ju-  
 ra

*Hist. Eccles. Tom. LXXVII.*

1

ra

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

ra defensus, juncta opera a præfatis edictis omnibusque inde secuturis utpote a Judice incompetente attentati provocavit. Comperta hac appellatione Selliera Canonici Neptis ad Parisiense Parlamentum recurrit, quod etiam ejus appellationem tanquam ab abusu propter Capituli provocationem interpositam recepit. Ast Franciæ Rex die decima tertia Novembris per secretionem sui Senatus sententiam appellationis tam simplices quam ab abusu interpositas & apud Parisiense Parlamentum pendentes ad se evocavit, moxque altera sententia die decima octava Martii anno Christi millesimo septingentesimo quadragesimo interim occupata præfati Capituli bona a sequestro liberari restitui præcepit, & Prætori sub præfatis pro merito culpæ infligendis inhibitione deinceps ejusmodi edicta condempnare præsumeret. Quomodo autem idem Religiosissimus Rex hac in causa die sexta Septembris mentem suam declaravit, jam supra retulimus.

§. VI.

*Levis contentio inter Papæ Nuntium  
& Coloniensem Magistratum.*

Jam per plures annos dissensio inter Curiam Romanam & Coloniensem

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

Magistratum fervebat: res autem ita contigit. Anno hnjus sæculi trigesimo primo Fabritius Serbellonius, Oddio Venetias revocato, a Clemente XII. Nuntius Apostolicus Coloniam venerat, atque Clementi Augusto Coloniensi Archiepiscopo S. R. I. Electori demandatæ legationis literas testes, quas vulgo *Credenciales* vocant, tradiderat: erat pariter instructus ejusmodi quoque literis, quas ad inclytum Coloniensis urbis Magistratum Papa direxerat: quo minus tamen illas huic exhiberet, a quibusdam serio monebatur; horum igitur rationibus cedens, retentis hisce literis suum ad urbem adventum duntaxat Magistratui per quemdam Præsulem nuntiari, eumque de commissa sibi legatione Apostolica certiolem reddi curavit. Hucusque Magistratus hunc honorifici officii neglectum dissimulandum censuit, ac vicissim eidem tanquam Pontificis Nuntio omnem venerationem Legatis debitam, consuetosque honores detulit, simul tamen *credenciales* pro more exhiberi, singulari humanitatis studio rogavit. Id sibi haud integrum esse, reposuit Nuntius, eo quod moris esset, ut Legatus ac Nuntius Apostolicus solis Archiepiscopis Moguntino, Trevirensi & Coloniensi, necnon Palatino Electori ejusmodi Breve Apostolicum seu literas

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

ras testes exhiberet, aliunde etiam hæc  
 Alexandri VII. P. temporibus usque ad  
 Clementem XII. a Magistratu Colonien-  
 nunquam fuissent exactæ. His vetu-  
 tum consulatus fasces moderante cele-  
 berrimo Domino de Heresdorf opposuit  
 Magistratus, urbem suam esse liberam  
 Imperii Civitatem & Magistratum ut  
 pote Imperii statum suprema gaudens  
 jurisdictione &c. Attamen his insuper  
 habitis Romana Curia petitas literas  
 expedire recusabat, vicissim quoque  
 Magistratus haud ultra Serbellonio con-  
 suetos honores exhibuit, nec illum pro  
 Pontificis Nuntio agnovit, minus vero  
 illum a tributi onere exemptum esse vo-  
 luit. Tenuit hæc dissensio usque ad  
 annum hujus sæculi trigesimum non-  
 num, quo Ignatius Crivellius, Serbello-  
 nio ad Polonicam Legationem destinato  
 Nuntius Colonienfis & die trigesimo  
 Septembris Cæsariensis Archiepiscopus  
 nominabatur. Hic Coloniam delatus  
 cum adhuc Magistratum suo postulat-  
 insistere cerneret, & petitis literis mu-  
 nitus non esset, tempori cedendum re-  
 tus, ad Braunwillanam Benedictinorum  
 Abbatiam uno lapide Colonia distans  
 secessit, ubi a duobus Archiepiscopi Co-  
 lonienfis atque Electoris Cubiculario  
 eo decretis, nec non a toto Clero, Uni-  
 versitate, ac primæ Colonienfis Nobili-  
 tati

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

tatis Viris officiosa salutatione honorabatur. Hæserat ibidem novem omnino mensibus usque ad annum reparatæ salutis millesimum septingentesimum quadragelimum primum, quo tandem res mutuo consensu ad transactionem spectare videbatur, proposito hoc temperamento, ut Magistratus ad Benedictum XIV. Neo-electum Pontificem gratulatorias daret literas, & vicissim Pontifex in suo responso de legatione Coloniensi Crivellio demandata mentionem inspergeret, simulque polliceretur, imposterum Nuntios Pontificios petitas literas amplissimo Magistratui exhibituros. Lætabatur Pontifex pacis amantissimus de oblato conciliationis modo, unde confestim literas paterno affectu plenas ad Magistratum dedit, in iisque Crivellii tanquam Nuntii sui mentionem fecit. His ita dispositis Magistratus Crivellium tanquam Nuntium Apostolicum debitis honoribus prosequabatur, qui demum ex Abbacia ad Urbem in Palatio sibi destinato sedem collocavit. Verum haud diuturna erat hæc animorum consensio; fervente enim pristino dissidio Apostolicum indultum, quo Universitati præbendas in Mensibus Martio, Julio & Novembri vacantes conferre concessum est, expiraverat; petebatur ejus innovatio, quæ tamen a Roma

Sæc. XVIII  
A. C. 1740.

mana Curia omnino denegata est. Inde novæ litis materies, quæ tantis incrementis exarserat, ut Nuntius suam Curiam Colonia Aquisgranum se delatorum comminaretur. Aliquamdiu scriptis ultro citroque disceptatum, causam demum non modo Romam ad Pontificis, sed & ad Cæsaris Tribunal Viennam delata, quin tamen adhuc discordia in tranquillum inclinare videretur. Fluxerat annus hujus sæculi quadragesimus quartus, quo Crivellius Nuntius ad Pontificiam Bruxellensem Legationem promotus, Mense Martio Colonia discesserat, in ejus locum subrogatus Hieronymo Marchione Spinola Laodicensi Archiepiscopo, qui pariter anno sequenti Coloniam delatus, literas credentiales Magistratui exhibere tergiversabatur: unde recrudescente dissidio Magistratus Nuntio consuetas honorum testimoniationes deferre denuo recusabat. Tandem vero Franciscus I. Imperator huic liti finem imponere intentus, per Comitem de Seydewitz Imperialis Austro-Cæsarei Consilii Præsidentem Coloniensi Magistratui Cæsareum rescriptum tradi jussit, in quo significatum, gratum acceptumque fore sacræ suæ Majestati, si inter Papæ Nuntium & Magistratum circa illius receptionem & prerogativas ipsius dignitati congruas ex-

orta & per plures annos continuata diffidia ex æquo componerentur. Ad hæc Colonienſis Magiſtratus ſeſe haud difficilem reddidit, moxque habita inter ſe conſultatione in has reconciliationis leges pronus abiit, I. Ut Hieronymus Spinola Papæ Nuntius adventum ſuum Magiſtrato debito ritu nuntiaret, II. hoc factò Magiſtratus eundem tanquam Legatum Apoſtolicum veneraretur, & ut tali conſuetos honores deferret, eumque ſolitis privilegiis ea lege augetur, ut III. Nuntius intra ſemeltre Pontificium Breve *Notificatorium & requiſitorium* ad inclytum Magiſtratum transmitti procuraret, ac reipſa eidem exhiberet. His pactis utrinque integra fide adimpletis priſtina concordia inter Magiſtratum & ſubſequentes Papæ Nuntios uſque ad hanc diem immote conſervata eſt.

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

## §. VII.

*Seditioſi motus Toggenburgenſium  
Calviniſtarum contra legitimum  
ſuum Dominum.*

Postquam Joſephus Princeps & Abbas S. Galli fatiſ functus erat, & in ejus locum P. Cæleſtinus Gugger de Staudach antea Imperialiſ hujus Eccleſiæ Superior electus fuerat, hic paulo poſt Cantones ſibi obnoxios invitabat, ut die de-



Sæc. XVIII. A. C. 1740. cima quarta Maii Rosbachium suos ab-  
 legarent Deputatos, qui clientelare ob-  
 sequium ac fidelitatis iuramentum Ne-  
 electo exsolverent. Præstituta die ad-  
 venerant omnes, atque inter eos etiam  
 Toggenburgenses Calvinistæ, more ta-  
 men prorsus insolito, & ejusmodi ap-  
 paratu, qui adeo non subditi ad obse-  
 quium fidemque præstandam docilis, sed  
 potius aut jugum excutere, aut Domi-  
 no suo imperare parati speciem præste-  
 ferebat; quippe unaomnes velut de-  
 parta præda ovantes expansis vexillis  
 & sonantibus tubis ac tympanis, & quod  
 insolentius erat, sclopiis plumbea glande  
 oneratis muniti Urbem ingressi sunt.  
 dum vero ad forum pervenerant, ut  
 præstandi iuramenti formula prælege-  
 batur, eorum potissimi raucis vocibus  
 exclamabant, neminem ex suis fidei sa-  
 cramentum Abbati dicendum, nisi prius  
 ipsemet per suam vitam & honorem ju-  
 raverit, se patriæ jura ac libertatem  
 omnino intactas servaturum, ac pro vi-  
 ribus contra quoscunque protecturum.  
 Horum igitur petulantia factum, ut  
 Princeps Abbas obsequium fidemque  
 ab armatis ac seditiosis subditis in con-  
 sortio fidelium honestorumque civium  
 accipere recusaret, eosque repelleret.  
 Attamen Tigurini ac Bernenses Calvi-  
 nistæ, cum a suis sociis acerbiores præ-  
 stant

nas exigi vererentur, extremos omnino conatus adhibebant, ut Toggenburgicos ad fidei sacramentum legitimo suo Principi & Abbati exfolvendum adigerent, quod tamen nonnisi post longas tergiversationes a pervicaci eorum ingenio obtinere poterant.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

§. VIII.

*Salisburgensium motuum origo.*

Hoc item anno Salisburgi nova inter Eruditos exorta est contentio, quæ tamen plus offensionis, quam periculi habuit: rem ab alto repetam. Advennerant Salisburgum Nobiles aliquot Juvenes, Joannes Christianus, Vigilus Firmianus, & Josephus Comes de Thun, ambo ipsius Leopoldi Firmiani Archiepiscopi & Principis Salisburgensis Nepotes, qui Roma ceterisque Italiæ urbibus perlustratis cum amplo cultiorum literarum scœnore, variisque, ac inter alios Muratorii libris locupletati Salisburgum reversi sunt, ne vero in umbra aut otio delitescere viderentur, industriam, tempusque in perscrutandis utriusque Historiæ abditis infumpserunt. Eo fine frequentes habebant Conventus, in quibus de antiquitatibus, arte critica, & Historia Ecclesiastica, aliisque argumentis pro re nata eruditos instituebant

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

bant sermones. His paulopost accessere alii Juvenes, qui novitatis studio liberiusque sentiendi desiderio incensi horum colloquia, quo frequentius & familiarius, eo jucundius ambire non desierant. Quid eo utilius, quid honestius, quid Nobili Juvene dignius, præsertim si accedat in Religionis studio animi docilitas, humilitas veritatis Magistra, & prudentia curiositatis moderatrix; *curiositate enim, inquit Tertullianus, operum non est post natum Jesum, nec inquisitione post Evangelium, cui tantum credendum, quantum præscribit Ecclesia;* hinc periculosissimum est præsens ævum, in quo, cum olim nonnisi septem fuerint Sapientes, nunc vix septem rudes inveniuntur, qui non Sapientibus sapientiores esse sibi videntur, ambulantes in magnis, & mirabilibus super se, aliorum omnia judicia contemnunt, proprio judicio omnia tribuunt, & quasi ipsi sapienter, delipuerint omnes, qui ante tot sæcula sanctitate & doctrina floruerunt. An ex horum juvenum conventu accedens legiis quid sinisteri suspicatum fuerit, in dubio relinquimus, id tamen omnino certum est, quod hujus rei fama per urbem invalescente, non paucis discipulis Historiæ Ecclesiasticæ quæstiones, majorisque momenti controversias immo-  
derat

deratori crisi dijudicari, facta antiqui-  
 tatis venerandæ sigillo firmata velut  
 annosas fabulas explodi, & quicquid  
 vel non ad captum, vel non ad cujus-  
 que palatum esset, temere contemni,  
 vel perfricte negari. Hoc erat non pau-  
 corum de nova hac Eruditorum schola  
 judicium, quod plurium præcipue do-  
 ctiorum Universitatis Professorum vigi-  
 lantiam curamque excitabat, imo etiam  
 non paucos timoratæ mentis Viros ab-  
 sterrebat, ne huic conventui nomen da-  
 rent. Creverat suspicio, cum comper-  
 tum esset, quod quidam Juvenis no-  
 mine Joannes Baptista de Gaspari pa-  
 tria Tridentinus eruditionis fama cla-  
 rus (\*), hanc Nobilium Academiam  
 moderaretur, & Ludovici Muratorii  
 libros, id est, ejus *exercitationes sacras*,  
 necnon librum *de moderatione ingeniorum*  
*in Religionis negotio* prælegeret, ad astra  
 extolleret, & studiose non sine sanæ cri-  
 sis abusu divulgaret: enimvero hic Au-  
 ctor nec B. Virgini, nec Sanctis debi-  
 tum honorem ac cultum denegabat, sed  
 duntaxat irrepentes corruptelas suggil-  
 lare, & fideles a superstitionis periculo  
 ex nimia credulitate timendo præmuni-  
 re

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1740.

(\*) Hic idem postea anno 1768. Viennæ  
 Historiæ Professor, & politicarum literarum  
 studii Director obierat.

Sæc. XVIII

A. C. 1740.

re intenderat, cum tamen eo jam tempore non pauci scriptores nec ii profus contemnendi in larvatum Lambridium Pritanium, Antonium Lampridium, Ferdinandum Valdesium &c. suos calamos acuisent, eumque in fide suspectum, quicquid Protestantes palam contra B. V. & Sanctorum cultum effutiunt, sub specioso vitandi fanatici, superstitionis ac temeritatis obtentu adoptasse, & coacervasse &c. criminarentur. Inde alti clamores, tristes querelæ & vani clamores de fide Catholica Salisburgo exulanda, de novitatibus in Religione perniciem, & juventutis corruptionem invehendis, & de Lutero ex albis ejecto, ac inde in Metropoli immigrante. Ita Lutherani victoriam ante triumphum canebant, sed plane immerito horum enim error omnem cultum B. V. & Sanctis tanquam superstiosum, & idololatricum abnegat, Catholici autem omnes pro fidei articulo tenent, errorem in fide esse, asserere, cultum & invocationem Sanctorum esse rem malam ac divinitus prohibitam: profiterentur autem una omnes illam esse maximam utilem & proficuum. Hæc fidei Catholice doctrina est, de qua inter omnes Catholicos convenit, & quam universa Ecclesia amplectitur: an vero de hoc cultu præceptum exstet, hicque ad Lutherum

lutem sit omnino necessarius, quæstio est inter Scholasticos controversa, quam salvo fidei dogmate negare vel affirmare (\*) unoquoque in suo sensu abundante nefas non est, eodem ferme modo, quo Protestantes confessionem, absolutionem ac sedem confessionalem &c. alii divinitus institutam, ac omnino necessariam esse propugnabant, alii e contrario velut Prædicantium jocum, Sathanæ sedem, humanum illicitumque inventum detestabantur.

Sæc. XVIII  
A. C. 1740.

Ast redeamus, unde digressi sumus. *Vid. supra tom. 74. p. 343.*  
Aucto indies præcipue inter cives rumore, ac tumultus periculo apertior indignatio in Joannem Gaspari exarsit, quem rudiores totius novitatis auctorem, & cultus antiqui erga B. Virginem juratum hostem traducebant. Plurimum tamen hic idem gratia valebat apud Archiepiscopi Nepotes, quorum favore & assidua conversatione sibi ipsius Principis benevolentiam tam dextere conciliabat, ut hic eidem injungeret, qua-

(\*) In problematicis, ut libet, sentiendum: in iis vero, quæ ad veritatis definitæ quæstiones pertinent, ne recte sentiendo fidem ludere videamur, cautissime loquendum est. Ita Cardinalis Richelins in epistola ad Robertum Constantin anno 1640.

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

quatenus Historiam de ortu, progressu & occasione hæresis in Salisburgensium conditionem investæ calamo suo pertexeret, ac rebellium Lutheranorum expulsionem vindicaret. Nec tamen propterea Benedictini Salisburgensis Universitatis Professores crescente periculo tacendum esse censebant, sed potius totum studio præpedire nitebantur, ne invalescente effrænata sentiendi libertate grave damnum Religioni inferretur: contra autem nobilissimos juvenes, qui eruditæ suæ Academiæ socii erant, aliena potius quam propria malitia malos palam aggredi, intempestivum videretur, gravius impetus in Muratorii doctrinas passim disseminatas factus est; hoc ipso autem Zelo PP. Benedictini sibi adversæ partis invidiam accersebant, quæ præter omnium opinionem fomentum accepit ex Patris Vitalis, qui in Salisburgensi S. Petri Monasterio Professor erat, Historia Campiduni edita, ubi Juvaviensem Ecclesiam primo a D. Ruperto conditam, atque ab eo Benedictinos Salisburgum accitos longa serie Episcopos atque Archiepiscopos designasse &c. retulerat: occasione inde arrepta Benedictinæ gloriæ æmuli altum inclamare cæperant, relata ab hoc Monacho non nisi fabulas esse, hunc Scriptorem sui Ordinis & Monasterii gloriam verbis arrogan-

rogantissimis extollere, multa in Archiepiscopus & Capitulum Cathedrale petulanter ac injuriose effundere, ac denique, si ejus dicta vera forent. Archiepiscopus ac Principes Salisburgenses totum suum splendorem, opes, dignitatesque solis Benedictinis debere &c. Hæc argumentis ex invidia petitis ultra modum exaggerata Archiepiscopum permovere, ut Joanni Andreæ Christianio, qui ex numero horum Criticorum erat, falsa a veris secernendi, necnon ad Monachi arbitrium fors excogitata refellendi provinciam daret. Attamen hoc consilium nonnisi anno hujus sæculi septuagesimo primo ipsis etiam auspiciis gloriosissime regnantis Archiepiscopi & Principis Salisburgensis, Sigismundi Christophori Comitis de Schrattenbach, & quidem a Monachis Benedictinis Monasterii S. Petri perfecte ad exitum est deductum (\*).

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

Cæterum hæc controversia semper magis magisque inflammata fuit contentione utrinque immoderata, qua recentiores hi Critici opera & opiniones  
La-

(\*) Vid. novissimum Chronicon Monasterii ad S. Petrum Salisb. unacum disquisitione Historico-Chronologica de adventu, fundatione & obitu S. Ruperti. Augustæ anno 1772.



Sæc. XVIII  
A.C. 1740.

Lamindi Pritanii ad astra extollere, alii vero ad orbem deprimere certabant. His præter Benedictinos suffragabantur etiam PP. Capuccini Salisburgenses, quorum aliqui in Ecclesia Cathedrali Concionatorum munere fungebantur. ex his quidam de damno ex Muratorii libris pertimescendo suum Ordinis Præpositum Generalem certiore reddidit ac ab ejus Secretario Michaelae Tugien hoc responsum (\*) Roma die quarta Feb. tulit.

*Multum Venerande in Christo observandissime P. Lector!*

„Ex Commissione Reverendissimi Patris Generalis jam per aliquot dies extra conventum degentis, & moribus do summo Pontifici assistentis M. V. P. vestræ significo, quod etiam *Lamindus Pritanius* in librorum prohibitorum catalogo necdum inveniatur, illius tamen propositiones ceu æquivocæ, erroneæ ac periculosæ debeant abhorrentur. Nec dubitandum, quin Curia Romana si illas manuteneri sentiret, violento medio illius vel illarum lectionem interhiberet. Quæ cum laconice ita jussus repono, ad talia æque, ac alia quæcunque mea obsequia M. V. P. vestra

(\*) Vid. Benedicti XIV. P. epistolam ad Josephum Principem Augustanum Episcopum.

„stræ oblata cupio, sacrisque commen- Sæc. XVIII.  
„datus perfisto. A. C. 1740.

Divulgatis hisce literis haud parum apud non paucos præcipue Nobiles Matronas crevit aversio a Muratorii libris, necnon timor extinguendæ pietatis erga Deiparam Virginem: accessit etiam P. Eberhardus Rudorfer Benedictinus ad S. Perri Professor & Facultatis Theologicæ in Universitate Decanus, qui palam querebatur, „sicut gangrænam ma- „lam aut herpetem, ita Pseudo-critico- „rum sectam maxime impiam tota Urbe „serpere, præcipuum vero pravorum „dogmatum suggestorem & Magistrum „esse Muratorium brevi Romæ nigro „calculo notandum, tantam vero tam- „que noxiam sentiendi libertatem in Ca- „tholica cum primis ac Archiepiscopali „Civitate haud ferendam.“ Eapropter hic idem Decanus, cum in festo D. Thomæ Aquinatis e superiore loco ad Academicos de more diceret, recentes hos *Eruditos Pseudo-Criticorum* nomine traducere, ac mordere haud dubitabat. Præterea importuno admodum tempore P. Athanasius Koffler Oenipontanus Capuccinus in festo B. Mariæ ab Angelo salutatæ in concionem ascendit, atque inter amplas B. Virginis laudes *divisum esse inter Deum & Mariam iustitiæ & mi- „tisti. Eccles. Tom. LXXVII. K. sera-*

Sæc. XVIII.

A.C. 1740.

*ferationis imperium* dixit. Ea res sum-  
 mopere offenderat Joannem Baptistam  
 Casperium suamque indignationem pre-  
 mendo impar, coram Georgio Comite  
 de Arco aliisque spectatis Viris hunc  
 Concionatorem tanquam hominum stul-  
 tissimum, idiotam &c. traduxit: hæc  
 ipsa tamen Viri intemperies ex ipso hoc  
 confessu displicuit non paucis, ex quibus  
 Georgius Comes de Arco cuidam  
 Nobili Matronæ, quæ ceteris pietate,  
 prudentia & moderatione præstare ve-  
 debatur, retulit, in nupero colloquio  
 Casparium indigno prorsus modo  
 hunc Concionatorem fuisse debaccha-  
 tum: Hæc vero P. Georgio Horner Be-  
 nedictino tum Universitatis Rectori ma-  
 gnifico, præsentem Patre Stanislao et  
 Baronibus de Stein Capuccino tum Fe-  
 stivali Concionatori, totam rei seriem  
 iniquam Casperii Censuram narra-  
 bat. Ea res præfato Patri Stanislao occasio-  
 nem præbuit, ut proximo festo venge-  
 mentius e suggestu contra eos declama-  
 ret, qui Beatissimæ Virgini prærogati-  
 vam *Matris misericordiae* invidere, & ma-  
 le sana crisi sua piissimam Antiphonam  
*Salve Regina* (\*) allatrare videbantur.

(\*) Auctor hujus Antiphonæ Gavantus Pe-  
 trum Compostellanum, certius autem Trithe-  
 mium

## §. IX.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.*Acrioris contentionis argumentum.*

Sub idem tempus Carolus Comes de Herberstein Græciæ in Styria natus, atque Archiepiscopi ac Principis Salisburgensis Ephebus Juvavii die S. Ivoni sacra ad Academicos orationem habuit, in qua studiorum ac disciplinarum rationem, quam Benedictini in scholis tenerent, multis iisque æquo acerbioribus verbis insectabatur; Eruditi equidem hi Critici *se insciis*, in publico omnium, & ipsorum quoque Universitatis Professorum confessu hanc declamationem a Nobilissimo hoc juvene habitam fuisse, persuadere nitebantur; id vero nequidem credidit Judæus Apella. Forte huic juveni prælusit, armaque supeditavit Raymundus Cecchetus, qui Romæ in sua funebri oratione, qua defuncto Ernesto Emmanueli Comiti Harrachio Nitriensi Episcopo (\*) parentabat,

K 2

retu-

mius credit fuisse Hermanum contractum Reichenaviæ in Suevia Monachum, qui ob membra ab incunabulis contracta sic dictus obiit anno 1054.

(\*) Hic Salisburgensis Canonicus & Auditor Romæ anno ætatis 34 Romæ die 17. Decembris an. 1739. variolis decesserat.

Sæc. XVIII. retulerunt, hunc Episcopum deplorasse  
 A. C. 1740. quod Benedictini in Germania solis voca-  
 larum captionibus & quæstiunculis plan-  
 supervacuis sine sua aliorumque utilitate  
 occuparentur: hinc eum constituisse ex Ger-  
 mania quosdam juvenes Monachos ingenio  
 eximios Romam accersere, ut his solidior  
 doctrina imbutis, ac in patriam reverte-  
 optima studiorum ratio primo in Salisbur-  
 gensis Academiam his Monachis commissa  
 fam, dein non solum in Nitriensem Epi-  
 scopiam, sed paulatim in totam Germaniam  
 propagaretur. Hæc Ceccherus  
 quæ tamen utpote a convitiis alienis  
 nemini stomachum movere; illa vero  
 Salisburgensis declamatio jure merito  
 clarissimos illius ævi Professores graviter  
 sine offenderat, cum hujus celeberrimi  
 Instituti Doctores scientia & pietate longe  
 præstantissimi jam per integrum seculum  
 hanc Universitatem cum tantâ  
 laude ac proventu moderati fuissent, &  
 eorum industria, eruditionis ubertate  
 & laboris assiduitate pene innumeri  
 in omni disciplinarum genere doctissimi  
 omni tempore ex hoc scientiarum emporio  
 prodiissent. Igitur ut inclyti  
 Professores celebrem hanc Sapien-  
 tiam, simulque honorem famamque  
 suam adversus hunc declamatorem  
 quem a novis hisce Criticis conductum  
 existimabant, vindicarent, sui munere

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

ris esse censebant. Illuxerat autem dies secunda Julii, qua pro veteri more solemnis supplicatio ad B. V. Imaginem prodigiis claram in Plain prope Salisburgum quot annis habetur. Ea igitur die P. Placidus Böckhn Ord. S. Benedicti SS. Theologiæ & Juris Utriusque Doctor, Principis Archiepiscopi Salisburgensis, & Abbatis Principis Fuldensis Consiliarius Ecclesiasticus & Universitatis Pro Cancellarius, S. Scripturæ & SS. Canonum Professor ad Marianam Sodalitatem orationem habuit, assumpto themate: *Ecce Mater tua* Joan. 19. v. 27. cum autem in ea adversus Muratorium demonstrare contenderet, non modo bonum ac utile esse B. Virginem Mariam Sanctosque venerari ac invocare, sed & *necessarium ac præceptum* esse, oleum flammis affusum videbatur, præcipue cum Orator haud obscure pluribus in locis novos Criticos impetiisse, Muratorio injuriam intulisse, & criminationem de Miseratricis prærogativa B. Virgini denegata a Capuccino objectam recoxisse argueretur: integram ejus orationem huc adducere, haud abs re erit.

§. X.

*P. Placidi Böckhn oratio de B. V. cultu.*

Hæc oratio hujus erat tenoris: „Quo-  
K 3 „ties-

Sæc. XVIII. „tiescunque honestissimam & eruditissi-  
 A. C. 1740. „mam multitudine, Archiepiscopalem  
 „scilicet Universitatem, quæ mei au-  
 „diendi causa huc convenit, considero,  
 „plane me ignorare profiteor, oporteat  
 „ne me orationem habere, loco huic, an  
 „meo Doctoris muneri, aut Academiæ  
 „& scholæ consuetudini consentaneam  
 „Rebus ita constitutis mediam viam e-  
 „legi, idque dicendi argumentum sum-  
 „pti, quod tum sacræ allocutioni, tum  
 „scholasticæ disputationi commune est  
 „& præsertim Marianis atque Academi-  
 „cis Auditoribus accommodatum.“

„In ipso autem limine profiteor, ne  
 „mini me maledicere velle, verum et  
 „tantum libertate eoque jure uti, quod  
 „hodie Literatus orbis sibi tribuit. Id  
 „vero præstabo ea tantum de causa, ut  
 „unice Mariæ honorem & proximi be-  
 „nignitatem promoveam. Itaque, ut ad pro-  
 „positum propius accedam, certissimum  
 „est, ut ex divinis scripturis, sanctis Pa-  
 „tribus, perspicuis, & falli nesciis sum-  
 „morum Pontificum decretis, Conciliis  
 „que demum œcumenicis, Tridentino  
 „præcipue, satis demonstrata Doctrina  
 „Religionis nostræ capitibus annun-  
 „tanda, bonum & utile esse Sanctorum  
 „in cœlo regnantium, imprimis vero Be-  
 „atissimæ Virginis Mariæ Matris nostræ per-  
 „cipue, quæ

„quam efficacem opem atque patrocini-  
 „nium ad Deum pia invocatione & ve-  
 „neratione nobis procurare. Attamen,  
 „quum quidam exstant, qui etsi ipsi-  
 „met Mariam ceterosque Sanctos sedu-  
 „lo venerentur & implorent, ambigere  
 „se tamen ajunt, sitne id nobis lege a-  
 „liqua mandatum, atque num is, qui  
 „hos nunquam veneraretur & implora-  
 „ret, dummodo nihil, quod eorum ho-  
 „nori adversaretur, patraret, neque a-  
 „liorum criminum reus esset, æternam  
 „tamen salutem consequi posset: sen-  
 „tentiam meam absque ulla hæsitacione  
 „hac de re explicare decrevi. Con-  
 „tendo igitur, eum, qui præ ceteris  
 „Mariam, Servatoris nostri Matrem  
 „Sacrosanctam venerari & implorare  
 „omitteret, ea ipsa de causa criminis  
 „reum futurum & æternæ salutis mini-  
 „me participem, quam opinionem meam  
 „paucis demonstrare constitui. Quod  
 „si argumenta, quæ in medium allatu-  
 „rus sum, præter expectationem mi-  
 „nime necessaria & apodictica reputa-  
 „buntur, quod quidem non causæ &  
 „meliorum argumentorum inopiæ, sed  
 „mihi soli, viriunque mearum imbe-  
 „cillitati tribui velim: illud saltem inde  
 „consequeretur, quum tutior pars sem-  
 „per sit eligenda, non minor haurietur  
 „Deo dante ex hac oratione mea, quam

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1740.

K 4

„ex



Sæc XVIII „ex aliis sacris allocutionibus, utilita  
 A. C. 1740. „Quare verba illa, *Ecce Mater tua*, qu  
 „initio posui, atque sub finem ampli  
 „explicaturus sum, rursus repet  
 „Quemadmodum vero benevolos mi  
 „futuros Marianos & Academicos S  
 „dales confido, ita omnium nomine  
 „mentes nostras illustrare dignetur  
 „Deum omnipotentem suppliciter acceda  
 „cui rei impetrandæ Beatissimæ et  
 „Virginis Mariæ opem & intercessionem  
 „quanta possum animi demissione in  
 „ploro.

„Qui opinionem de necessitate in  
 „vocandorum Sanctorum, quam ego  
 „propugno, in dubitationem revocari  
 „moventur præcipue Tridentini Concilii  
 „verbis *Sess. 25. in decreto de invocac  
 „atione Sanctorum*, ubi Catholicis Do  
 „ctoribus mandatur, ut populum in  
 „tuant, doceantque, *bonum ac utile  
 „eos invocare*. Ex quo loco consequi  
 „istimant, quum hic consulat tantum  
 „Concilium, atque opus bonum & utile  
 „esse dicat, justos limites eos excedere  
 „qui id necessarium & præceptum esse  
 „volunt. Verum hæc arguendi ratio  
 „ubi ex decreto quodam, quo circa  
 „num duntaxat caput definitio continetur,  
 „tur, contrarium illi circa alia capita  
 „quæ argumentum a contrario impro  
 „prio

Sæc. XVIII.  
A.C. 1740.

„prie vocatur, plerumque exigui mo-  
 „menti esse solet, imprimis ubi de Re-  
 „ligionis capitibus agitur. Solent enim  
 „Romani Pontifices aut Concilia pro  
 „temporum opportunitate rei cujusdam  
 „partem aliquam definire, atque ut in-  
 „ter Religionis capita reputetur man-  
 „dare, neque tamen reliquam partem,  
 „quæ prætermiffa est, ullo modo dam-  
 „nant, aut rejiciunt, sed virorum in  
 „Theologia exercitatorum ulteriori exa-  
 „mini permittunt. Hisce de cauffis  
 „consecutionem, quam mihi adversan-  
 „tes deducere volunt, minime proban-  
 „dam censeo. Est enim & illud confi-  
 „derandum, Tridentini Concilii Patres,  
 „qui ubique verbis ex adverso pugnan-  
 „tibus definitiones suas contra hæretica  
 „dogmata ediderunt, ea solum de caussa  
 „Sanctorum venerationem & invocatio-  
 „nem ut bonam & utilem commendasse,  
 „quod Hæretici eam duabus de cauffis  
 „impugnarent, primum quod invocatio  
 „hæc impia sit idololatria, deinde, quod  
 „Sancti nullam nobis opem aut utilita-  
 „tem præstare possint. At si rationem,  
 „qua Concilium movetur, ut nobis ve-  
 „nerationem & invocationem Sancto-  
 „rum adeo inculcet, perpendamus: sa-  
 „tis mentem suam declarat Concilium,  
 „nempe oportere nos iisdem supplicare  
 „ea, qua decet, veneratione, atque a-  
 „nimi

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„nimi demissione, ad obtinendas salu-  
tis nostræ consequendæ necessarias  
„gratias, tanquam Christi voluntate  
„jussu regnantibus. Id vero manifesta-  
„rursus continetur in Fidei Catholica  
„Formula ex eodem Concilio ducta, or-  
„nibusque præscripta, ubi dicitur, *San-*  
„*ctos unacum Christo regnantes venerandos*  
„*et invocandos esse.* Præterea Con-  
„cilium, cui & eadem Formula consecra-  
„tit, damnat atque diris devovet *offen-*  
„*dantes Sanctorum reliquiis venerationem*  
„*atque honorem non deberi.* Quin & ad-  
„dit de Sanctorum imaginibus, *eis de-*  
„*bitum honorem et venerationem imper-*  
„*dam.* Itaque, si juxta Tridentini de-  
„cretinam necesse est, ut demortua cor-  
„pora aut ossa, atque vitæ expertæ  
„Sanctorum imagines ipsorum cultu  
„veneremur: extabit utique necesse  
„Sanctos ipsos unacum Christo non  
„dominantes venerandi multo majori  
„ratione a Concilio imposita.

„Magni præterea est ponderis argu-  
„mentum illud, quod Angelicus nobis  
„Doctor S. Thomas Aquinas 2. 2. q. 83.  
„art. 11. in corp. nobis suggerit: *Be-*  
„*bet enim hoc divinus ordo, inquit, ut*  
„*superiorum excellentia in inferiora refer-*  
„*datur, sicut ex claritate Solis in aere*  
„Hocposito ad. 4. rem ita claudit: De-

vult inferiora per omnia superiora iuvari, Sæc. XVIII.  
 & ideo oportet, non solum superiores, A. C. 1740.  
 sed etiam inferiores Sanctos implorare.

„Mea quidem sententia, satis perspicue  
 „docet hoc loco S. Thomas, exstare in-  
 „evitabilem necessitatem Sanctos invo-  
 „candi ex divina distributione rerum  
 „creatarum, quæ cælos & terram in-  
 „colunt, earumque inter se nexu, at-  
 „que inde satis apparente Dei volun-  
 „tate. Quemadmodum enim Sapien-  
 „tissimum Numen sapientissime omnia  
 „ita distribuit, ut quidquid inferius est,  
 „pendeat a superiorum dominatu, tu-  
 „tela, & quam in ea exerit, efficaci-  
 „tate, quod in naturalibus rebus quo-  
 „tidiana docet experientia, eadem ra-  
 „tione idem mandavit, ut nos in mi-  
 „serissimo vitæ hujus cursu illos duces,  
 „defensores, opitulatores ad cælestem  
 „gratiam obtinendam habeamus, qui-  
 „bus tanquam in Empyreo lucidissimis,  
 „& quod salutem nostram spectat, effi-  
 „cacissimis stellis magis subjicimur,  
 „quam terrena corpora nostra Planetis,  
 „ceterisque astris. Etenim ut Divina  
 „Sapientia in cælis, in terra hac, atque  
 „utroque loco Hierarchiam aliquam in-  
 „stituit, qua inferiora a superioribus  
 „circa capita quædam necessario pen-  
 „dent, illisque adhærent: eadem ra-  
 „tione utramque Hierarchiam commu-  
 „ni

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„ni quadam subordinatione & dispo-  
„tione, qua superiora ab inferioribus  
„pendent, inter se conjunxit. Hoc in  
„de amplius explicatur, si perpende-  
„mus Deum Optimum Maximumque  
„partim, ut immensam Majestatem  
„suam nobis indicaret, tum ut Sanctus  
„in regni partem adscisceret, atque ho-  
„noribus cumularet; partim vero, ut  
„nos ad eam, quæ decet, animi de-  
„missionem incitaret, atque infirmitatem  
„nostræ hoc pacto nos admoneret; ut  
„temere nimis infinitæ ejus Majestati  
„confidamus, neque etiam ab eadem  
„deterreamur, eam, quam diximus  
„distributionem constituisse, juxta quam  
„nobis non liceat familiarius atque sine  
„ullo mediatore cum ipsa sola agere  
„verum etiam ut preces nostras per  
„Sanctos ad hanc rem constitutos per-  
„ferri offerri curemus, fere, ut idem  
„ordo apud Cæsares, Reges, & Prin-  
„cipes servatur. Hæc est ergo lex illa  
„quam sanctus Thomas Aquinas per-  
„cipimus non excogitavit, verum universi  
„sancti Patres exemplo & scriptis docue-  
„runt. Id ipsum nos docet & Ecclesia  
„Catholica in precibus ab ea in Sancto-  
„rum honorem institutis, illis præcipue  
„quæ a Clero quotidie persolvuntur, et  
„quæ in diebus eisdem sacris, & servari  
„mandatis. In hac eadem lege, ut in

„hi videtur, sita est *Communio illa San-* Sæc. XVIII.  
 „*ctorum* cum nostra Ecclesia, quæ in A. C. 1740.  
 „Apostolico Symbolo continetur. Ita  
 „que dubium mihi minime est, eum,  
 „qui hactenus demonstratam Dei legem,  
 „adversus SS. omnium & Ecclesiæ ipsius  
 „ubique servatam consuetudinem San-  
 „ctos penitus negligendo non servaret  
 (cujus rei prudens caussa nulla esse po-  
 test) satis manifeste indicare, se tam  
 „Sanctos, quam divinum mandatum,  
 „atque Ecclesiæ mores contemnere, quæ  
 „res in scholis *contemptus virtualis & in-*  
 „*terpretativus* vocari solet. His jure me-  
 „rito illud Augustini Serm. 26. de San-  
 „ctis accomodari potest: *Cum dicat ad*  
*Sanctos suos omnipotens Deus, qui vos*  
*honorat, me honorat, & qui vos spernit,*  
*me spernit: quisquis ergo honorat Mar-*  
*tyres, honorat & Christum, & qui sper-*  
*nit Sanctos, spernit & Christum Domi-*  
*num nostrum.* Quibus & illud adiicere  
 „solet, qui Sanctos non veneratur, &  
 „in pretio non habet. Hæc omnia bre-  
 „vi quodam compendio continentur ver-  
 „bis Eusebii Alex. apud Jodocum Coc-  
 „cium lib. 5. de Sanctis art. 4. obviis.  
 „Est Eusebius hic Scriptor, qui tertio  
 „Ecclesiæ sæculo labente florebat. Ait  
 „igitur ille homilia de Sanctis colendis:  
*Præcepit nobis Deus memorias Sanctorum*  
*celebrare, ut acceptis hymnis & auditis,*  
ia-

Sæc. XVIII. *laudibus Deum exorent, ut preces nostras*  
 A. C. 1740. *caducas admittat.*

„Hæc de necessitate & lege Sancti  
 „venerandi, atque eorum opem impo-  
 „randi dicta sint. Quodsi vero quispi-  
 „contra expectationem nostram ha-  
 „parvi faciens, de his dubitare, aut a-  
 „versam sententiam ferre velit: at-  
 „men ea argumenta de gloriosissima  
 „Sanctorum Regina, atque indulge-  
 „tissima Matre nostra Maria, ad qua-  
 „præcipue oratio nostra hodierna  
 „ctat, peculialiter, præter hæc  
 „prolata, in medium adducam, ut  
 „ea tanto verius, quod posui, prom-  
 „tari possit, quanto majoribus & singu-  
 „laribus privilegiis supra ceteros om-  
 „jureque merito illa est exornata. In-  
 „tium duco a sanctis Ecclesiæ Patri-  
 „& Doctoribus, habita sæculorum, qui  
 „bus scripserunt, ratione. Quum ve-  
 „rimi sæculi, quo Maria ipsa vixit  
 „pauci essent, præsertim legitimi Scri-  
 „ptores, illud interea præteribo, verum  
 „eodem sæculo exeunte ex Evange-  
 „ipso præcipuum meum argumentum  
 „sumam. Alterius Ecclesiæ sæculi  
 „no octogesimo celeberrimus fidei  
 „stræ defensor Episcopus & Martyr  
 „næus lib. 5. adversus hæreses cap. 11.  
 „comparationem instituit inter con-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„munem mortalium omnium Matrem  
 „Evam, virginem adhuc a diabolo in  
 „perniciem nostram seductam, atque  
 „Mariam, quæ Angelo nuntiante ad  
 „nos redimendos Mater nostra, servata  
 „virginitate, constituta est. *Sicut illa,*  
*inquit, seducta est, ut effugeret Deum,*  
*sic hæc suasa est obedire Deo, uti virgi-*  
*nis Evæ Virgo Maria fieret Advocata.*  
 Quæso, cur vocat Irenæus Mariam *Evæ*  
 „*Advocatam*? Certe non propter eam  
 „ipsam solam, sed per metonymiam  
 „propter universos Evæ liberos, sive  
 „propter omne hominum genus, quod  
 „& consequentia demonstrant. Hunc  
 „itaque locum si, ut decet, perpenda-  
 „mus, nihil aliud, ait Irenæus, quam,  
 „quemadmodum omnes Evæ filii pro-  
 „pter eandem æterna salute excide-  
 „runt: ita contra omnes Evæ filios per  
 „Mariam, ad hunc finem *Advocatam*  
 „a Deo constitutam (ut verba illa in-  
 „nuunt, *ut fieret Advocata*) ad salutem  
 „pervenire debere. Quæ cum ita sint,  
 „summo itaque jure constringimur, ut  
 „Mariam maxima cum animi demissio-  
 „ne veneremur, atque adeo necessa-  
 „riam ejus opem imploremus. Verum  
 „enimvero, si nulla nos lege ad eam in-  
 „vocandam constringi putemus, illa  
 „quoque cogi se non posse existimabit,  
 „ut pro nobis intercedat. Eadem plane  
 „ra-



Sæc. XVIII. „ratione tertio sæculo Tertullianus &

A. C. 1740. „Origenes Evam & Mariam inter se con-

„tulerunt, atque per illam nos in ma-

„lorum abyssum præcipites actos, at-

„hac vero rursus liberatos docuerunt

„Tertulliani verba libr. de Carne Christi

„cap. 17. hæc sunt: *In virginem ad-*

„*Evam irrepserat verbum ædificatorium mor-*

„*tis, quo per ejusmodi sexum abierat in*

„*perditionem, per eundem sexum redigen-*

„*tur in salutem: crediderat Eva serpenti*

„*credidit Maria Gabrieli; quod illa cre-*

„*dendo reliquit, hæc credendo delevit.*

„origines vero homilia I. ex diversis Ma-

„riam constitutam esse ait ad inobedi-

„tiam Evæ per Mariæ obedientiam exor-

„dendam, ad erigendum jacentium genu-

„quod per mulieris credulitatem fuerat in-

„tea abjectum. Quare salus omnis nobis

„quam quidem a Christo Salvatore re-

„stro præcipue consecuti sumus, adle-

„bitur tamen primis Ecclesiæ sæculi

„etiam Mariæ, tanquam hujus operi

„socix, atque, ut ajunt, *caussæ concu-*

„*mitanti.* Unde plane consequitur, sum-

„mopere nos adstringi, ut grato animo

„atque ipso opere eandem veneremus

„Præterea, cum Tertullianus & Origenes

„eadem plane ratione atque lo-

„quuntur, facile inde conjicere

„licet, eos non minus ac Irenæum Mariam

„agnovisse Advocatam esse omnino

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„bis ad salutem consequendam consti-  
 „tutam. Etenim quemadmodum Deus  
 „sibi carissimam & maxima in venera-  
 „tione habitam Matrem partem aliquam  
 „in univerforum redemptione habere vo-  
 „luit, ita ad ejus honorem augendum  
 „adeo nos illi subjecit, ut sine ejus ope  
 „ad Redemtionis fructus capiendos sive  
 „æternam felicitatem pervenire non  
 „possimus, veluti a pluribus aliis sanctis  
 „Patribus est observatum, quorum ali-  
 „quos paullo post in medium profere-  
 „mus. Si quartum sæculum percurras,  
 „complura invenies dogmata memora-  
 „tu dignissima. Ita Athanasius Serm.  
 „de Deipara post Christum Mariam eo  
 „pacto nobis proponit, quasi illa carere  
 „nullo modo possimus. *Sicut ergo, in-*  
 „quit, *quum ipsum respicimus, Regem, Do-*  
 „*minum, & Deum appellamus, ita quoque,*  
 „*quum ad eam oculos conijcimus: REGI-*  
 „*NAM, DOMINAM & Deiparam esse*  
 „animadvertimus. Eadem ratione & san-  
 „ctus Basilius in Liturgia Deum invo-  
 „cat per intercessionem *Dominatricis no-*  
 „*stræ Dei Genitricis & semper Virginis*  
 „*Marice.* Quis vero existimet, necesse  
 „non esse, Reginæ nostræ & Domina-  
 „trici ullum honorem opere præstare,  
 „aut ejus opis se non egere putare?  
 „Hujus rei mentio paulopost rursus fiet.  
 „Sanctus Epiphanius de laudib. Deipa-  
 „ræ  
 Hist. Eccles. Tom. LXXVII. L

Sæc. XVIII  
A. C. 1740.

„ræ, quum inter cetera Mariæ elo-  
 „commemorasset favores ab ea in nos  
 „manantes, quæ sitientes perennis fontis  
 „dulcedine satias, hujus rei causam ad-  
 „dit: *Ipsa enim est cæli & terræ Me-*  
 „*diatrix, quæ unionem naturaliter per-*  
 „His verbis, quod antea a me est  
 „servatum, magis confirmatur, Mariam  
 „a Deo *Mediatricem* nostram constitui  
 „non sub ipsum tantum exordium  
 „implendum Incarnationis & Redem-  
 „tionis opus, verum etiam non minus  
 „ad gratias ceteras inde provenientes  
 „obtinendas, idque arbitrio nostro  
 „nime permisisse. Afferam nunc  
 „onymi sive Sophronii Serm. de  
 „sumpt. testimonium: *Hæc est Virgo,*  
 „*sola interemit universam hæreticam præ-*  
 „*teritatem, sola post Deum, quæ nos confirmet in*  
 „*veritate, suisque commendet meritis & pro-*  
 „*auxilietur.* Quid hoc aliud est, quam  
 „ceteri Sancti pro nobis orent, nobis  
 „auxilientur, atque nos illos omnes  
 „unusquisque peculiarem suum Patrem  
 „num invocare debere: solam tamen  
 „omnibus Mariam esse, quam omnes  
 „mine excepto singulariter de ope om-  
 „no implorare debeant? Ex quinti sæ-  
 „Scriptoribus sufficiat magnum illum  
 „clesiæ Doctorem Augustinum adducere  
 „Serm. 2. de Annunciat. sive Serm. 18.  
 „Sanctis, cujus Mariam alloquentis  
 „ipso clarior doctrina hæc est: *Tu es*

*unica peccatorum, per Te speramus veniam* Sæc. XVIII.  
*delictorum, in Te nostrorum est expecta-* A. C. 1740.  
*tio præmiorum.* His accedit, quod san-  
 „ctus Augustinus Serm. 35. de Sanctis  
 „Mariam appellet *Patronam Paradisi &*  
 „*Scalam cælestem.* Itaque omnino oportet,  
 „ut januam hanc pulsemus, & per  
 „scalam hanc ascendamus. Andreas  
 „Cretensis encom. 2. Dormitionis Dei-  
 „paræ cap. 8. sexti sæculi Scriptor, Ma-  
 „riam *commune propitiatorium* vocat. No-  
 „ster vero sanctus Pontifex Gregorius  
 „Magnus non modo pestilentiæ tempo-  
 „re Dei Matris gratiarum plenæ Imagi-  
 „nem tanquam Arcam Fœderis solemn-  
 „pompa circumferri curavit, atque ea  
 „ratione exitialem luem admirandum  
 „in modum avertit: verum etiam Serm.  
 „de Annunciat. eidem *Arcae Sanctificatio-*  
 „*nis* appellationem tribuit. Quo loco  
 „est animadvertendum, quemadmodum  
 „Jeremias Propheta c. 3. v. 16. populo Ju-  
 „daico exitium eo tempore imminere  
 „prænuñciavit, quo Arca amplius non  
 „coleretur, sed penitus neglecta jaceret:  
 „ita nullum esse certius indicium per-  
 „ditionis homini cuidam aut toti Ca-  
 „tholicæ Provinciæ imminentis, atque  
 „si novi Fœderis Arcam Mariam vene-  
 „rari, atque ad eam confugere desinant,  
 „Hujus rei funestum nobis præbet ex-  
 „emplum haud procul hinc sita monta-  
 „na regio nostra in hæresim olim lapsa,  
 „ho-

Sæc. XVIII  
A. C. 1740

„hodie vero Deo & Maria juvantibus  
 „penitus fere expurgata, eaque de causâ  
 „sa providentissimi Principis mandato  
 „Mariæ cultus illis in locis rursus resti-  
 „tutus, atque velut Symbolum, quo  
 „veri Catholici fidem suam conspicuam  
 „præbeant, mandatus est. Quin & ipse  
 „Celsissimus Princeps atque supremus  
 „Pastor in allocutione quadam, Dilectissimi  
 „nam Sapientiam atque ardorem un-  
 „dique spirante, ab eo habita de Ma-  
 „ria, hæresi illa adhuc grassante, cle-  
 „rissimum hoc testimonium pronuncia-  
 „vit: *Hujus solius patrocinio adscribitur*  
 „esse, quod nos ab hac lue tam prosperè  
 „liberati simus. A nostris itaque tempo-  
 „ribus, atque a diverticulo hoc, quo  
 „argumento ita poscente ingressus fue-  
 „ram, revovo me rursus ad superiorum  
 „atque transitum facio ad septimum se-  
 „culum. Ea tempestate S. Pontificis  
 „Martinus I., ut videre est in Actis de  
 „ejus exilio, ita loquitur: *Quisquis hoc  
 „tam super omnem creaturam, & naturam  
 „humanam absque eo, qui genitus est ex  
 „venerabilem semper Virginem, Matrem  
 „delicet Domini nostri non honorat, atque  
 „adorat, Anathema sit in præsentem sæculum  
 „& in futuro.* Execratio hæc non  
 „eos tantum pertinet, qui Mariam igno-  
 „minia afficiunt, verum etiam ad illos  
 „qui eam ipso opere non venerantur, &  
 „nulli

„nullas ad eandem preces fundunt. Sæc. XVIII.  
 „Noster quoque sanctus Ildephonsus To- A. C. 1740.  
 „letanus Archiepiscopus Serm. 4. de Af-  
 „sumpt. Mariam agnoscit esse *in omnibus*  
 „*Auxiliatricem.* Octavo autem sæculo  
 „Germanus Constantinopolitanus Pa-  
 „triarcha in Serm. de Zona ait: *Nullus*  
 „*est, qui salvus fiat, nisi per Te, o San-*  
 „*ctissima.* Ita & noster sanctus Joannes  
 „Damascenus in Menæis Græcorum ex-  
 „clamat: *Tu tanquam Regina verissimo*  
 „*dominatu potiris.* Si aliquando eveniat,  
 „Reginam quamdam nullam revera in  
 „regno gubernando partem habere, sed  
 „meram tantum dignitatem atque ho-  
 „norem; facilius fiet, posse eam præ-  
 „teriri, atque nullas ei preces offerri.  
 „Verum si quæ Regina reipsa domine-  
 „tur, atque regnum revera possideat,  
 „longe utique alia hujus ratio est. Præ-  
 „terea ab eodem S. Damasceno in Pa-  
 „racl. B. Virginis dicitur Maria *Media-*  
 „*trix nostra apud Deum, quam precari*  
 „*debemus, ut ab omni necessitate, atque ab*  
 „*æterno supplicio liberemur.* Accedimus  
 „nunc ad nonum sæculum, sapientissi-  
 „mus Idiota lib. de Virg. Maria in pro-  
 „log. nos docet: *Per ipsam, & in ipsa,*  
 „*& cum ipsa, & ab ipsa habet mundus, &*  
 „*habiturus est omne bonum.* Itaque si bo-  
 „num omne, quod mundus habet, per  
 „ipsam atque ab ipsa proficiscitur, col-  
 „ligere

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740

„ligere inde est necesse, oportere eam  
 „summa cum veneratione invocare. De  
 „cimo labente sæculo & undecimo in  
 „eunte floruit sanctus Odilo noster Clu-  
 „niacensis Abbas, qui Mariam stella  
 „maris, sive cynosuræ his verbis affirma-  
 „lat Serm. de Incarnat. *Quisquis huius*  
*sæculi periculoso naufragio periclitatur, ne-*  
*cesse est, ut ad contemplationem istius ple-*  
*læ aciem mentis dirigat, per cuius meri-*  
*tum & gratiam se ab omni periculo liberari*  
*non dubitat. Vides hic neminem excipi-*  
 „cum nemo periculo vacet, neque tan-  
 „tum bonum & utile esse, ad eam con-  
 „fugere, sed & necessarium. Eodem  
 „undecimo sæculo sanctus Petrus Da-  
 „mianus noster Episcopus & Cardinalis  
 „Serm. de Nativit. ita Mariam alloquitur:  
 „*Fecit in Te magna, qui potens in cælo*  
 „*& data est Tibi OMNIS POTESTAS in cælo*  
 „*& in terra. Quo loco vocat illas omnis*  
 „*potestas animadversione dignas censeo.*  
 „*Sanctus quoque Anselmus Cantuariensis*  
 „*Archiepiscopus Ordinis nostri Sodalis lib. de*  
 „*excell. B. V. cap. 2. Mariam ita invocat, e-*  
 „*que favorem ita sibi conciliat: Cur non*  
 „*juvabis nos peccatores, quando PROPTER*  
 „*NOS in tantam celsitudinem es elevata?*  
 „*UT TE DOMINAM HABEAT, B. V. VENERETUR*  
 „*OMNIS PARITER CREATURA.* Quæ postrema

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

„plurimum mihi considerata videntur. Sæc. XVIII.  
 „Ejusdem ponderis sunt, quæ idem ha- A. C. 1740.  
 „bet in oration. ad Beatam Virginem:  
*Sicut omnis peccator a Te aversus & a  
 Te despectus necesse est, ut intereat, ita  
 omnis peccator a Te respectus, impossibile  
 est, ut pereat.* Inter duodecimi sæculi  
 „Scriptores mellifluus Bernardus no-  
 „ster, qui una cum Mariæ lacte verum  
 „quoque ejus cultum imbibit, ita Mo-  
 „nachos suos Serm. de aquæductu allo-  
 „quitur: *Altius intueamini, Fratres, quan-  
 to devotionis affectu a nobis eam VO-  
 LUERIT HONORARI, qui totius bo-  
 ni plenitudinem posuit in Maria, ut pro-  
 inde, SI QUID SPEI IN NOBIS  
 EST, SI QUID GRATIÆ, SI QUID  
 SALUTIS, AB EA NOVERIMUS  
 REDUNDARE.* Quare idem in Serm.  
 „de Assumptione ita ait: *Opus est ME-  
 DIATORE ad MEDIATOREM* (præ-  
 cipuum scilicet, sive Jesum Christum &  
 Deum) *nec alter nobis utilior, quam Ma-  
 ria.* Hic videre est, quo pacto Bern-  
 „ardus utilitatem & necessitatem con-  
 „jungat, quod nostræ Concilii Triden-  
 „tini, ad quod Adversarii provocant,  
 „explicationi magis confirmandæ infer-  
 „vit. Sanctus Richardus a S. Larentio  
 „lib. 5. de laudibus Virg. Mariam auro-  
 „ræ comparat, atque ita audacter pro-  
 „nuntiat: *Sicut impossibile est, de tene-*



Sæc. XVIII  
A. C. 1740

*bris noctis venire ad lucem, nisi mediant  
aurora: SIC IMPOSSIBILE EST  
de tenebris vitiorum venire ad lucem gra  
tiæ, NISI INTERVENTIONE MA  
RIÆ. Hoc ipsum alia similitudine ex  
plicat lib. 5.: Sicut corpus, nisi colligatur  
adhæreat, non potest capiti adhære: qui  
qui Mariæ non adhæret vera dilectione  
non potest adhære Christo, qui caput  
sanctæ Ecclesiæ. Eadem hac similitudine  
ne utitur decimo tertio sæculo Alber  
tus Magnus, qui sapientiam suam omni  
nem singulari prodigio a Maria acci  
perat, Serm. 2. in Assumpt. Virg.: Sicut  
cut a capite, inquit, mediante collo  
corpus descendunt omnia nutrimenta: Sicut  
ET A CHRISTO PER VIRGINEM  
IN NOS VENIUNT OMNIA DI  
DONA. Hac eadem de re sanctus Bernardus  
naventura Doctor Seraphicus hæc  
severanter docet in speculo: Cognoscitur  
quod nemo possit esse pudicus, nisi dante  
Deo & MARIA INTERVENIENTE  
Quin & in Psalterio Virginis Psal. 118.  
ita ait. Qui digne coluerit illam, glorificabitur,  
ET QUI NEGLEXERIT  
ILLAM, morietur in peccatis suis. Verba  
ces hæc, qui neglexerit eam, manifeste ex  
indicat, non tantum qui contumeliam  
& contumelia afficiunt, sed & qui dum  
taxat negligunt, sive curam ejus non  
gerunt. Sanctorum Patrum agmina  
clar*

„claudat sanctus Thomas Aquinas, cu- Sæc. XVIII.  
 „jus vestigiis, tanquam Angelico Do- A. C. 1740.  
 „ctori nostro, alias nos insistere oportet.  
 „Hic opusc. 8. verba illa Ecclesiastici  
 „cap. 24. ad Mariam transfert: *In me*  
 „*omnis spes vitæ & virtutis*, Restat igi-  
 „tur, ut sine Maria nisi eam veneremur  
 „& invocemus, nulla nobis spes super-  
 „sit, ut virtutem, vitam, & æternam  
 „felicitatem consequi possimus.

„His ita constitutis firma mihi se-  
 „det sententia ex perpetua hac testimo-  
 „niorum serie; atque sanctorum Pa-  
 „trum, qui sæculis omnibus floruerunt,  
 „consensu, certissimum argumentum du-  
 „ci, atque inde tanquam per non inter-  
 „ruptam traditionem satis nobis de-  
 „monstrari manifestam Dei voluntatem  
 „atque præceptum, ut Mariam venerere-  
 „mur & invocemus. Quodsi adhuc  
 „quispiam existat, qui hactenus dictis  
 „nondum acquiescat, sed præceptum  
 „ipsum sibi ostendi cupiat: etsi super-  
 „vacuum videri possit, difficile mihi  
 „non erit eidem satisfacere. Ad pri-  
 „mum igitur sæculum rursus redeo, &  
 „quidem ad ipsum crucis lignum, &  
 „Servatorem nostrum ex eo pendentem,  
 „ubi hic ad Mariam Matrem suam con-  
 „versus, Joannem verbis illis, quæ ora-  
 „tionis hujus argumentum mihi præ-  
 „bue-

Sæc. XVIII. „buerunt, usus est: *Ecce Mater tua*  
 A. C. 1740. „Christum vero non Joanni tantum, sed  
 „in Joanne Christianis omnibus Matrem  
 „dedisse Mariam. præter alios docent  
 „sanctus Rupertus Tuitiensis in Joann  
 „lib. 13. & sanctus Bernardus nosset  
 „Serm. 2. super signum magnum. Quid  
 „quid vero hujus sit, nemo certe igno  
 „rat, Mariam a sanctis Patribus omni  
 „bus ut Matrem nostram agnitam & in  
 „honore habitam fuisse. Hinc sanctus  
 „Athanasius, quarti sæculi Scriptor  
 „de illa ait: *Ista nova Eva Mater vitæ*  
 „appellatur; Epiphanius vero hæref. 78  
 „facta est, inquit, *Mater viventium*. His  
 „consentiunt Hieronymus in Epistola  
 „sive Sermone de Assumptione, atque  
 „Augustinus Serm. de Assumpt., eam  
 „dem *Matrem Gentium* appellantes. Pe  
 „trus Chrysologus Serm 140. Mariam  
 „*Matrem viventium* vocat. Idem Serm  
 „146. ait: *Maria Mater vocatur, & quare*  
 „do non *Maria Mater*? Haud aliter san  
 „ctus Joannes Chrysostomus in Litu  
 „gia Mariæ intercessionem, ut *Matris*  
 „*Dei & omnium Sanctorum* quærit. U  
 „innumera alia sequentium Patrum lo  
 „ca prætermittam. Bonaventura testis  
 „in speculo, ipsa est *Mater omnium filio*  
 „*rum universalis*. Quin & Catholica Ec  
 „clesia ipsa *Matris* appellationem in  
 „compluribus precibus ei tribuit, atque  
 „præ

„præsertim in Antiphona *Salve Regina* Sæc. XVIII.  
 „salutat eam ut *miseri cordiæ Matrem*. A. C. 1740.  
 „Neque tamen suspicari velim, quem-  
 „quam eorum, qui cetera mihi adver-  
 „santur, Matris hanc appellationem in  
 „dubium vocare velle, ut plane fas mi-  
 „hi esse existimem. iis Evangelii verbis  
 „unumquemque alloqui: *Ecce Mater tua*.  
 „Quæ cum ita se habeant, facile est in-  
 „victam consecutionem hoc pacto inde  
 „elicere. Quemadmodum Christus san-  
 „ctissimam Matrem suam summo honore  
 „est persecutus, ita & Joanni, cui eam-  
 „dem verbis illis Matrem tradidit, idem  
 „pariter sine ullo additamento præce-  
 „pit, ut est e sancto Cyrillo in Joann.  
 „cap. 19. observatum: *Commendavit Chri-*  
 „*stus Matrem Discipulo, ut officium filii*  
 „*in eam servaret, Matrem similiter admo-*  
 „*nuit, ut parentis in Discipulum auctori-*  
 „*tem haberet.* Quare cum Maria, ea qua  
 „diximus ratione, Mater quoque sit om-  
 „nium eorum, qui Christum vere co-  
 „lunt; admodum solliciti de præcepto  
 „alio esse non debemus, cum ipsa na-  
 „turæ lex officii nostri nos admoneat,  
 „ut obsequium nostrum, quemadmo-  
 „dum filios deoet, ei exhibeamus, at-  
 „que ad ejus tutelam, veluti Matris no-  
 „stræ, confugiamus. Consecutionem  
 „hanc jam pridem ante me vidit cele-  
 „bris noster Abbas Guericus Igniacen-  
 „sis,

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„sis, qui circa sancti Bernardi tem-  
 „pora floruit. Ait itaque ille Serm. de  
 „Assumpt. Mariæ: *Vide autem si non*  
 „*fili Matrem videntur agnoscere dicitur*  
 „*ipsis veluti quadam naturali pietate fieri*  
 „*ut ad invocationem ejus Nominis primo*  
 „*maxime refugiant in omnibus necessitatibus*  
 „*& periculis, tanquam parvuli ad sinum*  
 „*Matris.* Postquam nimirum Maria  
 „non dubia pro Matre nostra est habenda,  
 „da, consequitur utique dictante idem  
 „toræ lege, eam venerandi & invocandi  
 „di præceptum. Fuit illud non modo  
 „Dei digito Moysis tabulis insculptum  
 „sed & animis nostris a rerum omnium  
 „Conditore insitum: *Honora Patrem &*  
 „*Matrem.* Huic vero præcepto satis non  
 „fit, si Parentes non contemnamus: verum  
 „rum vox illa *honora* eam potestatem  
 „habet, atque si diceret, *exhibe* Parentibus,  
 „quæ decent obsequia; committit  
 „eorundem potestati & tutelæ; illis demum  
 „ut filius confide. Hoc igitur officium  
 „si filii est erga terrenam matrem: quanto  
 „to majus erit erga eam, quæ est Sæ-  
 „vatoris Mater, atque majore, in-  
 „plicabili, minimeque ceteris matribus  
 „comparando amore liberos suos prole-  
 „quitur, eorumque curam gerit? Quod  
 „propter Celsissimus PRINCEPS nosse  
 „in commendatissima Oratione sua  
 „memoriam revocat verba illa S. Patris

„tificis nostri Gregorii VII. ad Mathil- Sæc. XVIII.  
 „dem Comitem lib. I. ep. 43.: *Invenies* A. C. 1740.  
*eam, indubitanter promitto, omni carnali*  
*Matre mitiorem & promptiorem in tui*  
*dilectione.* Quis igitur adhuc inficiari  
 „audeat, magis nos naturæ & divina  
 „lege urgeri erga cælestem atque indul-  
 „gentissimam Matrem, quam erga ter-  
 „renas illas, quæ carne nos genuerunt?

„Ut propius ad finem accedam, de  
 „me ipso profiteor, nisi ipso opere San-  
 „ctos venerarer atque invocarem, præ-  
 „cipue vero Matrem nostri amantissi-  
 „mam & apud Deum omnipotentem,  
 „atque si hi omnes pro me non interce-  
 „derent, nullam spem æternæ felicitæ-  
 „tis consequendæ mihi superfuturam  
 „esse. Conscius mihi quidem sum, in-  
 „firmiorem me & ceteris magis reum  
 „esse: nollem tamen statum hunc meum,  
 „miserandum licet, ullo modo cum alio  
 „commutare, quisquis is demum esset,  
 „& quantacunque pietate & virtute cu-  
 „mulatus videretur, qui Mariæ vene-  
 „nerationem & invocationem præter-  
 „mitteret. Nullus quippe ad culmen  
 „veræ pietatis & felicitatis pervenire  
 „potest sine illa, quæ juxta jam recita-  
 „tum Chrysostomi dictum omnium San-  
 „ctorum est Mater, & quam a Christia-  
 „næ Religionis exordio Sancti omnes  
 „ve-

Sæc. XVIII. „venerati sunt atque invocarunt. In  
 A. C. 1740. „que neminem mecum expostulaturus  
 „confido, quasi justos limites de Mariæ  
 „locutus excefferim, quum singula a  
 „dicta ex sanctis Patribus hauserim, &  
 „numeraque alia adjicere possem, &  
 „nemo unquam satis de ea dicturus  
 „Spectabiles certe Marianos & Aca-  
 „demicos Auditores, meos non modo  
 „tentiaæ meæ non repugnaturus exi-  
 „mo, verum etiam indubia spes  
 „est, eos juxta concepta votivæ Pe-  
 „tulæ verba magno ardore curaturus  
 „ut Mariæ honorem adhuc magis amp-  
 „ficent & tueantur, aliosque ad id ve-  
 „bis illis provocent: *Ecce Mater*  
 „Interea eandem virorum Christiano-  
 „rum omnium nomine cum Catho-  
 „lica Ecclesia ita invoco: *Monstra Te*  
*Matrem, sumat per Te preces, Qui*  
*nobis natus tulit esse Tuus. Amen.*

## §. XI.

*Varium de hac oratione judicium.*

Quamprimum habitæ hujus orationis  
 fama per urbem insonuit, diver-  
 sum pro affectuum diversitate de illa  
 judicium; lætabantur non pauci, Ca-  
 tholicorum audaciam fuisse repressam, Mo-  
 nasticæ opinioniones confutatas, & B.  
 cultum vindicatum: alii vero & præ-

pue famosi illi Critici, se hoc Oratoris Sæc. XVIII.  
 factum nullatenus probare, non una oc- A. C. 1740.  
 casione testabantur: erat de hoc in com-  
 pitis triviis inter ipsas etiam muliercu-  
 las & ancillas frequens sermo, & non  
 raro (uti fieri amat) Oratori, quæ ne-  
 quidem somniaverat, non pauca affin-  
 gebantur. His ipse permotus suam Con-  
 cionem ad plurimorum, qui ab homi-  
 nibus semidoctis, quorum aliqui Theo-  
 logiam nec a limine quidem salutassent,  
 de Religionis capitibus in Doctores ve-  
 teranos sententiam ferri indignabantur,  
 petitionem publicis typis, & quidem  
 Salisburgensis Typographi Academici  
 literis excudi fecit, notasque sequen-  
 tes adjecit.

„Nulla nos necessitate aut lege esse  
 „obstrictos ad Mariam & Sanctos invo-  
 „candos, nuper tanquam rem peculiari  
 „animadversionis dignam proposuit Lu-  
 „dovicus Antonius Muratorius in suis  
 „*sacris Exercitationibus, capite de S. Amore*  
 „*Jesu pag. 220.* cui ob partam sibi apud  
 „multos existimationem alii quoque ac-  
 „cesserunt. Nec diffiteor, complures,  
 „qui de Religionis controversiis scripse-  
 „runt, ex recitato Concilii Tridentini  
 „Decreto contendere, nullum exstare  
 „de Sanctorum invocatione mandatum,  
 „sed eam utilem tantum & bonam esse.  
 „Ve-



Sæc. XVIII. „Verum, cum animadverterim, eos tam  
 A. C. 1740. „tum sollicitos esse, ut hæreticorum in  
 „nos maledictis, qui idololatriæ nos ac  
 „cusant, adimuntque Sanctis vim om-  
 „nem nobis auxiliandi, obviam irent.  
 „diligenti tamen hujus rei examine nos  
 „instituto; atque præterea cum perco-  
 „perim, doctrina illa temere in vulgum  
 „sparsa quosdam offendi: laborem mihi  
 „doctrinæ hujus accuratius disquire-  
 „dæ detractandum esse non putavi  
 „quin & fas mihi esse arbitratus sum  
 „eadem libertate, qua Muratorius. ut  
 „id quod sentio tam e superiore loco  
 „quam publicis typis ad multorum per-  
 „titionem palam faciendi.

„Argumentum e contrario, ut lo-  
 „gitimum, & ad recte arguendi lege-  
 „fit conformatum, oportet, ut ex du-  
 „bus adversantibus sententiis, quarum  
 „utraque simul sibi constare non possit,  
 „una quidem probetur, unde necessarium  
 „fit, ut, quæ illi adversatur, rejecta  
 „esse videatur. Est enim Dialecticorum  
 „atque jure consultorum placitis, testatur  
 „Tabor in locis communibus V. contrarium  
 „axiom. 10. id receptum. Itaque cum  
 „utile atque necessarium sibi e regione  
 „adversentur, atque eadem de re sine  
 „ulla repugnantia dici possint: con-  
 „quitur inde nihil ex Tridentini Concilio

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„lii verbis confici. Ajunt siquidem illi,  
 „invocationem Sanctorum *bonam & uti-*  
 „*lem* esse, unde non fit, eam non esse  
 „*necessariam*. Possent idem exemplis mul-  
 „tis e Romano jure, & Ecclesiæ De-  
 „cretis illustrari, nihil scilicet esse in-  
 „firmius hac arguendi ratione. Uni-  
 „cum in medium afferam, rei nostræ  
 „valde affine. Tridentinum Concilium  
 „Sess. 13. de Eucharistia Can. 7. eos tan-  
 „tum damnat, qui affirmant: *non licere,*  
 „*ut Eucharistia ad infirmos honorifice dese-*  
 „*ratur*. Nemo tamen est inventus, qui  
 „ex his verbis collegerit, *licere tantum*  
 „Eucharistiam honorifice ad infirmos  
 „deferre, minime vero id *necessarium*  
 „esse, aut lege *mandatum*. Hinc lux  
 „magna ad rem propositam accedit. Ve-  
 „rum quidem est, Concilium locis ali-  
 „quot utraque de re dixisse, utile & bo-  
 „num id esse, nulla necessitatis facta  
 „mentionem: at nullibi in Concilio scri-  
 „ptum invenies, idem *utile tantum esse,*  
 „aut *solum licere*, velut illi, qui in alia  
 „omnia eunt, existimant.

„Possent & complura exempla affer-  
 „ri, Ecclesiam, ubi aliquod credendum  
 „proponit, non vetare tamen, ut ulte-  
 „rior fiat inquisitio aut disputatio. Con-  
 „stat id ex Sess. 14. Conc. Trid. de San-  
 „ctissimo Pœnitentiæ Sacramento Can. 7.  
 „Hist. Eccles. Tom. LXXVII. M „ubi

Sæc. XVIII. „ubi definiunt Patres in Exomologesi  
A. C. 1740. „explicandas *circumstantias*, quæ *speciem*  
 „*mutant*. Neque tamen eorum sententia  
 „adhuc est rejecta, qui putant eas e  
 „*tiam circumstantias nos explicare oportere*, quæ *intra eandem speciem notabiliter*  
 „*aggravantes dici solent*.

„Qui Concilium ipsum percurrerit,  
 „ejus Decreta verbis hæreticæ doctrinæ  
 „ex adverso pugnantibus esse conformata,  
 „veluti illud est, quod de Viatico  
 „ad infirmos honorifice deferendo a nobis  
 „superius est allatum.

„In Tridentini Concilii Decreto de  
 „invocatione Sanctorum *cit. Sess. 25*  
 „quod ab adversariis objicitur, manifeste  
 „animadvertitur, hæreticos duobus de  
 „causis venerationem & invocationem  
 „Sanctorum non probare: primum, quod  
 „illa impia sit, Deique legibus repugnans,  
 „& Christi honorum injuriosa idololatria;  
 „deinde quod stultum id sit facere, inutile  
 „& superfluum. Ajunt enim primo loco:  
 „*invocationem esse idololatriam*, vel pugnam  
 „re cum verbo Dei, adversariique honorum  
 „nori unius Mediatoris Dei & hominum  
 „Jesu Christi. Atque iterum: *Stultum esse in*  
 „*cælo regnantibus voce vel mente supplicare*,  
 „*sacra monumenta a fidelibus inutiliter honorari*,  
 „*atque eorum opis in*

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

petrandæ caussa Sanctorum memorias frustra frequentari. Quare verbis e regione  
 „his oppositis definit Concilium: bonum atque utile esse, suppliciter eos invocare. Duo scilicet statuit Concilium; unum non modo impium non esse, sed & bonum; alterum non modo stultum & inutile non esse, sed & utile suppliciter eos invocare. Ceterum, cum Concilio propositum fuerit hæreticorum dogmata verbis ex adverso pugnantibus damnare, mentio ab eo facta non est de eorum doctrina, qui necessum & mandatum esse arbitrantur Sanctos invocare, quasi ea Concilio non probaretur. Quin tota loci hujus aliorumque sententia perpensa, in eam potius Concilii Patres propendisse videntur.

„Latina Professionis fidei verba Sanctos venerandos & invocandos esse, haud ita explicari possunt, Sanctos in honore habere & invocare licere, sed formula hæc loquendi, si vulgatam consuetudinem spectes, id omnino oportere significat.

„Sanctos in cælo regnantes electos & constitutos esse ad preces nostras Deo offerendas non tantum ex perpetuo, ab ipso usque exordio Ecclesiæ,  
 M 2 „more

Sæc. XVIII. „more constat, sed & ex perspicuo loco  
A. C. 1740. *Apoc. cap. 5. v. 8. & cap. 7. v. 3. & 4.*

„Est a me in Commentario meo  
„jus Canonicum ad titul. *de Reliquiis &*  
„*ueneratione Sanctorum* per sæcula singu-  
„la eundo pluribus demonstratum, SS  
„Patres, atque universam Catholicam  
„Ecclesiam magnopere & constanti-  
„curasse, ut honos Sanctis haberetur  
„atque eorum apud Deum intercessio-  
„quæ nobis necessaria aut proficua sunt  
„obtinerentur.

„Dies Sanctorum honori ab Ecclesi-  
„consecrati satis aperte demonstrant  
„mandare Ecclesiam, ut Sanctis hono-  
„rem habeamus diligenter audito Missæ  
„sacrificio, & manuum labore omni-  
„quo honore, & eorum apud Deum pro-  
„trocinium & favorem nobis prome-  
„rebimur.

„Ex antiquissimo testimonio Euse-  
„Alexandrini pronum est conjicere, quod  
„Deus distributionem hanc in variis  
„gradus atque œconomiam instituerit  
„cujus ope per Sanctorum intercessio-  
„nem preces nostræ impleantur, nempe  
„veluti Eusebius ait, ut Deus *preces nos-  
„stras caducas admittat.*

„Post hæc scripta incidi in testimo-  
„nium Patris cujusdam, qui de Mariæ  
„idem

„idem pronunciauit primo post Chri-  
 „stum sæculo. Is est Dionysius Areo- Sæc. XVIII.  
 „pagita, qui Virginem Dei Matrem Me- A. C. 1740.  
 „diatricem omnium appellare solet, ut ex  
 „Revelationibus S. Brigittæ l. 4. cap.  
 „103, videre est. Etsi vero Revelatio-  
 „nes hæ inter Religionis nostræ capita  
 „non referantur, magni tamen ponde-  
 „ris sunt, & fide dignissimæ.

„Ipsi Ecclesiæ Patres, Mariam ad  
 „Redemptionis nostræ opus perficien-  
 „dum sociam operam junxisse, docent,  
 „quod non tantum ex allatis Irenæi,  
 „Tertulliani, Origenis, aliorumque lo-  
 „cis colligitur, verum etiam ex aliis  
 „apud Maraccium obviis in *Polyanthea*  
 „*Mariana V. Recuperatrix, Redemtrix,*  
 „*Salvatrix &c.* ubi quodam pacto Re-  
 „demtrix vocatur. Ea scilicet ratione  
 „Maria est Redemtrix, quod cum divi-  
 „næ voluntati per Angelum sibi patefa-  
 „ctæ fuerit obsecuta, & Servatorem no-  
 „strum in utero gestaverit, multum ad  
 „redemptionem nostram contulisse videa-  
 „tur. Quemadmodum vero Deus ius-  
 „sit, ut Servator per Mariam ad nos re-  
 „dimendos in lucem ederetur; ita &  
 „tanto honore eam affecit, ut oportere-  
 „ret nos ad Deum ipsum atque ad æter-  
 „nam felicitatem per Mariam perveni-  
 „re, ut est egregie ab Augustino ani-  
 „mad-

Sæc. XVIII. „madversum Serm. 35. de Sanctis: Per  
 A.C. 1740. istam, inquit, Deus descendit in terram  
 & per istam homines ascendere merentur  
 in cælum.

„Magnum utique est inter Sanctos  
 „ceteros & Mariam discrimen. Locum  
 „est hac de re memorabilis apud Idios  
 „tam in præfat. contempl. Mariæ in hæc  
 „sententiam: Ceteri Sancti jure quodam  
 „patrocini pro sibi specialiter commissis pro  
 „possunt prodesse in curia Altissimi, quod  
 „pro alienis; beatissima vero Virgo Maria  
 „sicut est omnium Regina, sic & omnium  
 „Patrona & Advocata, & cura est illi  
 „omnibus. Quare cum nostrorum omnium  
 „cura & patrocinium ei a Deo sint com-  
 „missa, necessum pariter est, ut eam  
 „præcipue & singulatim veneremur,  
 „que invocemus.

„Salazar in Proverb. cap. 8. aper-  
 „docet: Illum, qui Virginis opem &  
 „auxilium sibi adesse non petit, haud pro  
 „longo tempore lethalem culpam effugerit.

„Non sine ingenti admiratione per  
 „cepi, non probare aliquos, ut Mariam  
 „Mater Misericordiæ appelletur, quin  
 „ipsam Antiphonam *Salve Regina*, quæ  
 „appellatio hæc Mariæ tribuitur, re-  
 „cere. Verum, cum Catholica Ecclesia  
 „sua Antiphonam hanc a S. Germano  
 „Cæsarum

„Contracto adinventam usu receperit, Sæc. XVIII.  
 „& quotidiano Cleri penso inseruerit, A. C. 1740.  
 „ignorare me plane profiteor, qua ra-  
 „tione liceat quibusdam ei repugnare.  
 „Præsertim, cum plures alii & probati  
 „Patres eidem consentiant. Etenim  
 „Richardus Victorinus in *Cant. cap. 23.*  
 „ait: *Ad Te ergo, MATREM MISE-*  
*RICORDIÆ, Matrem miserorum cla-*  
*mant exules filii Evæ.* Testatur quoque  
 „ante annos quingentos morem hunc  
 „ab universa Ecclesia fuisse receptum  
 Guillelmus Alvernus his verbis: *Quam*  
*MATREM MISERICORDIÆ & Re-*  
*ginam pietatis vocat, imo clamat omnis*  
*Ecclesia.* Eadem invenias apud sanctum  
 „Bonaventuram lib. qui inscribitur *Vi-*  
 „ginti quinque mirabilia, atque Taulerum,  
 „in præparatione ad felicem mortem, alios-  
 „que. Non ignoro, Petrum Martyrem  
 „hæreticum hominem, ea de causa ap-  
 „pellationem hanc improbare, quod hæc  
 „solum Dei sit, qui 2. ad *Corinth. cap. 3.*  
 „vocatur *Deus Pater misericordiarum.*  
 „Verum argumenti hujus infirmitas vel  
 „inde colligitur, quod licet Maria *Luc.*  
 „cap. 1. vers. 28. & Stephanus *Actorum*  
 „6. vers. 8. gratia pleni appellentur, id  
 „tamen *Joann. cap. 1. vers. 14.* Christo  
 „adscribatur. Huic persimile est, quod  
 „apud *Joannem cap. 8. v. 12.* legitur,  
 „ubi Christus de se ait: *Ego sum lux*



Sæc. XVIII. mundi, etsi Matth. cap. 5. v. 14. Aposto-  
 A. C. 1740. los ita alloquatur: *Vos estis lux mundi*

„sæpe enim eadem appellatio Deo  
 „Sanctis, tanquam sedulis Dei imite-  
 „toribus, tribuitur, juxta illud Matth.  
 „cap. 5. v. ult. *Estote perfecti, sicut*  
*Pater vester perfectus est.* Discrimen te-  
 „men quilibet agnoscit. Sane quis re-  
 „pugnabit. Mariam, quæ misericordi-  
 „sima est Mater, *Matrem misericordi-*  
 „appellari posse, cum Sapiens in *Eccle-*  
 „*sastico cap. 44. v. 10.* homines miseri-  
 „cordes viros misericordiæ appellet? Ex-  
 „stat & in Collect. Conciliorum Hat-  
 „duini to. 9. p. 1974. lit. C. definitio, et  
 „roris eos arguens, qui ita sentiunt  
*Non recte aut pie ab Ecclesia canuntur*  
*illæ orationes, SALVE REGINA MA-*  
*TER MISERICORDIÆ, REGINA*  
*CÆLI: AVE MARIS STELLA.*

„Etiam si vero quis de appellatione  
 „hujus *Matris misericordiæ* justitia dubi-  
 „tare pergat (gravis licet causa nulla  
 „subesse possit, cur indulgentissimæ Ma-  
 „tri nostræ honorem hunc negemus, et  
 „que universæ Ecclesiæ morem jure re-  
 „prehendamus, quorum utrique, æqui-  
 „tas potius postulat, ut faveamus) et  
 „nullo tamen Catholico homine suspi-  
 „carer, Mariam ab eo pro *Matre nostrâ*  
 „non haberi. Hic certe, ubi Celsiss-

„mus & Reverendissimus PRINCEPS Sæc. XVIII.  
 „& summus PASTOR noster in com- A. C. 1740.  
 „mendatissima Oratione sua vehemen-  
 „ter est hortatus, ut fiduciam nostram  
 „in Maria, tanquam Matre amantissima  
 „figeremus: nemo certe erit, qui no-  
 „vam, & Catholicis auribus peregri-  
 „nam invehere conetur. Quare immo-  
 „tum adhuc est, quod supra posui, nos,  
 „quod Maria Mater nostra sit, ad eam  
 „in honore habendam, atque ut ad ma-  
 „ternum ejus patrocinium confugia-  
 „mus, lege constringi. Postremo ope-  
 „ræ pretium duxi, ea, quæ ab adver-  
 „sariis opponi possunt, addita respon-  
 „sione in medium proferre.

### *Objectiones.*

I. „Ostendi non posse, quosnam  
 „præcipue Sanctos, vel II. quando,  
 „& quam sæpe invocare oporteat, & in  
 „honore habere. E contra III. posse  
 „aliquando accidere, ut qui Mariam,  
 „Sanctosque ceteros nec veneretur nec  
 „invocet, æternam tamen felicitatem  
 „consequatur. Veluti si puer, rationis  
 „usum adeptus ad Deum solum ut finem  
 „ultimum se converteret, & paulopost  
 „vita excederet; hic utique ad salutem  
 „perveniet. Idem de illo sentiendum,  
 „qui toto vitæ suæ cursu Dei & Ec-  
 „clesiæ mandata atque adeo & dies

M 5

Sen-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

Sanctis sacros servaret, nullum  
 men Sanctorum invocaret, aut  
 rum meminisset; atque de alio,  
 cum vitam scelerosam duxisset,  
 unquam bonis operibus vacasset,  
 pisceret tamen, antequam animam  
 flaret. Par ratio ejus est, qui  
 solutissimæ pietatis genus consecrat  
 summas tantum virtutes, fidem  
 cet, spem & Dei amorem sibi exerco  
 das esse putaret, Deoque soli adhære  
 dum. Quemadmodum etiam IV.  
 ficiari non posse, licere nobis pres  
 nostras nullo intermedio ad Deum  
 sum fundere. Christum enim ipsi  
 V. Nullam nos aliam, quam Domini  
 cam precationem docuisse. Tanta  
 præterea esse, atque immensum ad  
 erga nos Dei amorem, VI. ut a no  
 absque ullius præter Christum Me  
 toris necessitate exorari se patiam  
 Quodsi Mediatoris & Advocati app  
 lationem, quæ in scripturis ei soli  
 buitur, VII. aliis quoque commu  
 facere velimus, injuriam fieri insigni  
 Christi dignitati. Ait enim Apostolus  
 I. ad Timoth. cap. 2. v. 5. *Unus est  
 Deus, unus & Mediator Dei & hominum  
 Christus Jesus. Cui & illud confon  
 Joan. cap. 2. v. 1. Advocatum habet  
 apud Patrem Christum Jesum.*

Respon

*Responsiones.*

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

„Antequam ad singula accedam,  
 „monere me oportet, adversantium ar-  
 „gumenta pleraque evincere, nos, ut  
 „vel Christum ipso opere veneremur  
 „aut invocemus, lege non constringi.  
 „Cuperem mihi etenim ab iisdem ex-  
 „plicari, quando & quam sæpe id facere  
 „oporteat, sive is sit puer, sive scelero-  
 „sus, aut absolutissimæ pietatis confe-  
 „ctator, qui in ipso mortis articulo  
 „Deum quidem diligeret, Christi tamen  
 „non meminisset, aut quæ de Christo  
 „revelata sunt, crederet quidem, &  
 „mandata servaret, nullas tamen ad  
 „eum preces funderet, sed in solo Dei  
 „amore se exerceret. Licet enim, si  
 „posita sibi constent, suppliciter sine ul-  
 „lo intermedio ad Deum accedere, cum  
 „a Christo Dominicam precationem do-  
 „cti simus. Attamen, ut singula per-  
 „sequar, respondeo ad I. oportere nos  
 „Sanctos omnes ea, qua diximus ra-  
 „tione, tanquam in Regno gerendo so-  
 „cios sibi a Deo adscitos venerari & o-  
 „rare; quemlibet vero tutelarem An-  
 „gelum suum, aut eum Sanctum, cujus  
 „patrocinio peculiariter fuerit commis-  
 „sus, aut ejus præsentem opem sit ex-  
 „pertus, præ ceteris autem Mariam,  
 „ut ex Idiotæ loco colligitur. Exstat  
 „S.

Sæc. XVIII.

A.C. 1740.

„S. Ambrosii lib. de vid. de Angelis  
 „trina: *Obsecrandi sunt Angeli pro*  
 „bis, qui nobis ad præsidium dati sunt  
 „Ad II. multa sunt præcepta, quibus  
 „certus quidam numerus aut tempus  
 „non sunt constituta, veluti de fide  
 „spei, Dei amoris & Christi invocatio-  
 „nis actibus eliciendis, etsi vera sint  
 „præcepta. Oportet scilicet quemlibet  
 „quo quisque statu sit, perpendere, ut  
 „que diutius virtutum harum exerci-  
 „tationem intermittere, atque instans  
 „peccandi discrimine his se præsi-  
 „dere. Idem de Mariæ & Sancto-  
 „rum invocatione dicendum. Neces-  
 „sitas enim & pericula, quibus perpetuo  
 „sumus expositi, officii nostri, ut  
 „cessariam opem quæramus, admonent  
 „bunt. Ecclesia quoque Catholica  
 „in Sanctorum & præsertim in Cæ-  
 „sarum Reginæ honorem festis diebus  
 „precationibus institutis, immemor  
 „nos muneris nostri esse non patitur  
 „Ad III. fateor quidem, aliquando  
 „tra ordinem accidere posse, ut is, qui  
 „Mariam & Sanctos nunquam invocavit  
 „verit, ad æternam felicitatem per-  
 „venire possit, præsertim, si, ut positum est,  
 „repentina morte quis occupetur.  
 „de tamen nullo pacto conficitur, non  
 „existare ea de re mandatum, cum satis  
 „constet, alia quoque esse mandata

„quæ licet oblivione, five superveniente Sæc. XVIII.  
 „morte, five ob impedimenta alia ope- A. C. 1740.  
 „re non impleantur, id tamen æternæ  
 „saluti non officiat. Tunc enim obtinet  
 „quidem præceptum vim suam, et si ali-  
 „quando extra ordinem, qui id non fer-  
 „vat, nullius criminis reus sit. Mirum  
 „itaque mihi videtur, Muratorium, do-  
 „ctum virum, loco a me recitato, tan-  
 „quam rem peculiari animadversio-  
 „ne dignam in univèrsum monere, ne-  
 „cesse non est aut præceptum, Mariam  
 „& Sanctos invocare, et si nulla ad id  
 „confirmandum argumenta proferat,  
 „nisi quod aliquando sine invocatione  
 „illa salutem consequamur. Hæc vero  
 „arguendi ratio a jure consultis nequa-  
 „quam probatur. *L. 80. ff. de Regulis ju-  
 „ris. cap. 34. eod. in 6.* Quare priori  
 „meæ sententiæ firmiter adhuc adhæ-  
 „reo, oportere nos Mariam invocare  
 „suppliciter, sine qua nemo salvus fieri  
 „potest, ea ipsa de causa, quod SS.  
 „Patres uno consensu manifeste doceant,  
 „neminem sine Mariæ intercessione cæ-  
 „lestem gloriam adipisci posse, atque  
 „iis ipsis, quæ posita sunt, evenienti-  
 „bus, Maria tanquam Advocata ex su-  
 „perabundanti miseratione sua salutem  
 „æternam illis hominibus impetret. Ce-  
 „terum, quod de illo objicitur, qui San-  
 „ctorum nullum aut Mariam respiceret,  
 „esset

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

„esset hæc non excusabilis inertia, &  
 „quæ gravi culpa non vacaret, præse-  
 „tim cum ad id agendum quotidian  
 „pericula nos admoneant, atque ipsi  
 „Catholica Ecclesia suo exemplo perpe-  
 „tuo urgeat. Multo minus si officium  
 „hoc negligatur, ad absolutam pietat-  
 „tem quis pervenire posset. Hactenus  
 „enim Sancti omnes tum in hac vita  
 „gentes, tum in cælo degentes ardent-  
 „tissime Mariam venerati sunt, & invo-  
 „carunt. Hinc, ut dictum, Maria  
 „Chrysofomo *Mater omnium Sanctorum*  
 „appellatur. Mira itaque ejus Sancti-  
 „tatis pietas, qui nescio quo sublimi  
 „spiritu actus, Mariam & ceteros Sancto-  
 „rum præteriret, & nimium arroganter  
 „confidentia familiaris cum Deo age-  
 „ret, vellet. Ad IV. Etsi vetitum non est  
 „ad ipsum Deum sine ullo intermedia-  
 „rio precibus fundere, oportet tamen sæpius  
 „Mariam & Sanctos præter eum invo-  
 „care, illosque orare, ut Deo O. M. n. n.  
 „firmas exilesque preces nostras, quæ  
 „ad ipsum fundimus, offerant, & com-  
 „mendent. Eodem pacto ad V. factum  
 „potest, quod de Oratione Dominice  
 „dicitur, nisi fateri velimus, necessarium  
 „non esse, Christum ipsum invocare  
 „quod nulla ejus in Oratione Dominice  
 „mentio fiat. Quod superest, cum Chri-  
 „stus in eadem precatione nos doceat

„ut cælestem *Patrem* veneremur, inde Sæc. XVIII.  
 „quoque colligere pronum est, oportere, A. C. 1740.  
 „ut cælestem quoque *Matrem* decen-  
 „tione in honore habeamus. *Honora*  
 „*Patrem & Matrem*. Unum monendum  
 „restat, simpliciores præsertim respi-  
 „ciens, vix solere hos quidem, cum  
 „dies Sanctorum honori sacros cele-  
 „brant, ad Sanctos attendere, aut, ut  
 „in scholis loquuntur, *reflexe* ad eorum  
 „honorem eos dies servare. Neque ta-  
 „men dubitandum est, velle eos reve-  
 „ra, festos dies, quos Sanctorum ho-  
 „nori consecratos esse non ignorant, pro  
 „officii sui munere servare, atque adeo  
 „Sanctos in honore habere. Etenim  
 „nullus erit, si ea de re interrogetur,  
 „cur Missæ sacrificio ea die intersit, id-  
 „que sæpe magno cum incommodo,  
 „præcipue si templum longe sit situm,  
 „atque a manuum labore absteineat, nul-  
 „lus, inquam, erit, qui non respon-  
 „deat, id agere se, quod dies illa San-  
 „cto cuidam sacra, & servari præcepta  
 „sit. Itaque volunt hi revera atque ip-  
 „so opere hac ratione diem festum &  
 „Sanctos venerari, etsi huic *voluntati*,  
 „quæ *directa* dicitur, & ex qua opera  
 „nostra omnia, quæ deliberate fiunt,  
 „proveniunt, peculiarem illam, quæ  
 „*reflexa* audit, non superadjiciant, quod  
 „& quotidie, etsi revera munus nostrum  
 „im-



Sæc XVIII. „implere velimus, nobis accidere co  
 A. C. 1740. „stat. Hac itaque ratione fit, ut  
 „præcepto ipsi Sanctos venerandi &  
 „vocandi sæpe fiat satis, cum venerandi  
 „ipsa vim habeat Sanctorum favorum  
 „nobis conciliandi. Ad VI. Quod  
 „immensa Dei erga nos bonitate obij  
 „tur, ea vel inde apparet, quod  
 „preces nostræ, immerentes licet,  
 „citius impleantur, eos nobis tam  
 „potentes Advocatos, quales Sancti  
 „sunt in cælo, & præ omnibus Mariæ  
 „constituerit. Bonitatem vero suam  
 „hactenus nobis ostendit, ut tamen  
 „multum Sanctorum, quos ipse honorat,  
 „est apud Joannem cap. 12. v. 26. *E*  
 „*glorificabit eum Pater meus, tantoque meo*  
 „*nomine sanctissimæ Matris suæ honorem*  
 „*in se edita imposuerit.* Ad VII. Post  
 „mo sane non capio, quid in mente  
 „venerit illis, qui mihi adversantur,  
 „argumento, jam pridem a Catholicis  
 „Scriptoribus soluto, quo hæretici  
 „enerationem & invocationem Sancto  
 „rum impugnant, uti voluerint. Verum  
 „simum quidem est, Christum saltem  
 „esse, qui præcipuus Mediator sit,  
 „qui infinito merito suo pro reatibus  
 „nostris satisfecerit, qualis nullus est,  
 „que etiam esse potest. Neque tam  
 „inde fit, ut Mariæ & ceterorum Sancto  
 „rum tanquam Advocatorum me  
 „diantur.

„diatio, excludatur, nisi hæreticis per-  
 „mittere velimus, eos nullo modo pro  
 „nobis orare, & frustra invocari. Sane  
 „qui pro alio orat, hic utique medius  
 „est inter utrumque, & Mediator vo-  
 „cari potest. Hac de causa Maria pri-  
 „mo Ecclesiæ sæculo a Dionysio Areo-  
 „pagita, testibus Brigittæ Revelatio-  
 „nibus jam recitatis, atque ab Epipha-  
 „nio, quarto sæculo, *cœli & terræ Me-*  
 „*diatrix* appellatur. Quinto vero sæ-  
 „culo Basilius Seleucus orat. in annunc.  
 „Mariam ita alloquitur: *Ave, quæ inter*  
 „*Deum & homines Mediatrice intercedis.*  
 „Huic respondent loca ex Joanne Da-  
 „masceno & Bernardo a me superius al-  
 „lato, quibus Maria dicitur *Mediatrice*  
 „*ad Mediatorem.* Consentit Guerricus  
 „Iguiacensis Serm. 1. de Assumpt. *Ni-*  
 „*hil, inquit, supra se Mediatrice nostra Ma-*  
 „*ria nisi Mediatorem solum.* Hac igitur ra-  
 „tione Maria quoque Advocata nostra  
 „est, quam ei appellationem dederunt  
 „secundo sæculo Irenæus, pluresque  
 „alii Patres, veluti quarto sæculo S.  
 „Ephrem in Lament. sanctiss. Dei Geni-  
 „tricis prope crucem stantis. Atque  
 „præterea noster Hermannus Contra-  
 „ctus in Antiphona *Salve Regina* ab Ec-  
 „clesia recepta & præcepta, S. Bona-  
 „ventura lib. 3. sent. dist. 3. item cit. lib.  
 „qui inscribitur, *Viginti quinque mirabilia.*  
 „*Hist. Eccles. Tom. LXXVII.* N „Me.

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1749.

Sæc. XVIII. „Memorable vero est, atque a me no  
 A. C. 1740. „prætermittendum S. Thomæ Villano  
 „vani Concion. 3. de Annunc. testimo  
 „nium: *Opus enim est, inquit, habere*  
 „*Matrem Advocatam ad Filium.* Quid ve  
 „ro inde Servatoris aut Dei honori ve  
 „minimum decedat, plane non intelli  
 „go, cum invocatio omnis & honor Ma  
 „riæ atque Sanctorum ad Servatoris  
 „nostrum ipsumque Altissimum dirigitur,  
 „gratiasque omnes, ipsamque  
 „ternam felicitatem ab ipso solo, oratio  
 „nibus tamen & intercedentibus San  
 „ctis, expectemus, atque proinde San  
 „ctos Deo carissimos, & præ ceteris glo  
 „riosissimam Matrem suam veneramus,  
 „nil aliud quæramus, quam majorem  
 „Dei honorem, & ut ejus sanctissimam  
 „voluntas impleatur. Hinc Leontius  
 „lib. 5. Apolog. contra Judæos, cuius  
 „scripta in altero Nicæno Concilio A  
 „4. probata fuerunt, ait: *Qui Mariam*  
 „*colit, Deum ipsum colit, qui Matrem*  
 „*illius adorat, ipsi honorem assignat.*  
 „eandem sententiam scribit Bernardus  
 „homil. 4. de adventu Domini: *Non est*  
 „*dubium, quidquid in laudibus Mariæ pro*  
 „*ferimus, ad Filium pertinere, & rursum*  
 „*cum Filium honoramus, a gloria Matris*  
 „*non recedimus.* Hic idem mellifluus Do  
 „ctor cautionem omnem adhibuit,  
 „honorem ullum Mariæ tribueret,

„in divinitatis injuriam cederet. Qua  
 „propter Epist. 174. conceptis verbis ait:  
*Honor Reginae judicium diligit; Virgo Re-*  
*gina falso non gaudet honore, veris cumu-*  
*lata honorum titulis.* His tamen permo-  
 „tus non est idem Bernardus, ut eam  
 „sibi Mediatricem ad Mediatorem ap-  
 „pellare licere non putaret, pluribusque  
 „locis aliis, quorum aliquot in oratione  
 „mea adduxi, clarissime doceret, nos  
 „sine Mariæ intercessione ad salutem æ-  
 „ternam pervenire non posse. Unum  
 „mihi superest animadvertendum, si ut  
 „Mariam Sanctosque venerari & invo-  
 „care præcepto quodam cogamur, di-  
 „vino honori adversaretur: id sane nec  
 „Deus ipse lege edita nobis posset im-  
 „ponere. Verum, amabo, quis hoc affir-  
 „mare unquam ausurus est? Ego qui-  
 „dem existimo, hominem hujusmodi  
 „Dei omnipotentiae nimis angustos fines  
 „præscribere. Ruit itaque funditus eo-  
 „rum, qui mihi adversantur, argumen-  
 „tum, atque immotum restat, quod po-  
 „sui, oportere nos Sanctos & præcipue  
 „Mariam venerari & invocare.

## §. XII.

*Novi motus inde concitati.*

Nunquam libellus majori aviditate ab  
 omnis conditionis hominibus coe-  
 N 2 meba-

Sæc. XVIII.

A.C. 1740.

Sæc. XVIII. mebatur, quam hæc oratio: inde ve  
 A. C. 1740. tanta in plebe potissimum commotio,  
 res vix non ad seditionem spectare  
 deretur: attingebantur noctu fam  
 libelli, in quibus existimati liberi  
 rarii, ut nocere desistant, ad exilii mo  
 tisque pœnas deposcebantur: non  
 erant, qui ad B. V. honorem armis  
 tiam vindicandum Universitatem pop  
 lumque stimulant; vix enim aliud  
 commovendam plebem aptius videtur  
 quam B. V. honorem prætere, et  
 que ab iis, qui ejus cultum pernegat  
 temeratum esse, jactitare. Resonabat  
 insuper Cathedræ, & suggestus a  
 relis de proximo hæresis periculo,  
 de futuris calamitatibus ad Religio  
 contemptum pedissequis. Ut ergo  
 lisburgensis Archiepiscopus gravioribus  
 malis turbisque obviaret, præcepit  
 omnia habitæ orationis exempla, quæ  
 quot adhuc existant, e typographia  
 Consistoriales ædes deferrentur, ac  
 ceptis nullum sine expressa ejus ve  
 venderetur; ægerime enim ferè  
 Princeps, hanc orationem sine ejus  
 scitu ac consensu publici juris esse  
 ctam, atque in præfato sermone ab  
 ratore in sententiæ suæ favorem, &  
 stimonium ac fidem ter allegatam fuisse  
 ipsius Archiepiscopi orationem, in  
 ex D. Gregorio VII. P. hæc verba

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

sent adducta: *Invenies eam indubitanter promitto, omni carnali Matre mitiorem & promptiorem in tui dilectione.* Verum hoc

ipso Principis Archiepiscopi interdicto augebatur tumultuantium temeritas; quippe jam non per ambages, sed palam spargebatur, ipsum Archiepiscopum Muratori impietates fovere, Nobilem quoque juventutem, & ipsius Principis Nepotes atque affines, totamque Aulam hac peste infectam esse, Salisburgi actum esse de Catholica Religione &c.

Ad horum augmentum accessit quædam epistola in vulgus sparsa, qua Pater Joannes Baptista de Steinhauser ad S. Petri Benedictinus, ac tum Novitiorum Magister ad Germanum Fratrem suum P. Placidum a Jesu Maria Carmelitam Excalcearum sequentia perscripserat: „Paucis abhinc annis hæresis ex „Alpibus proscripta fuit, nunc sensim „sine sensu in ipsam Metropolim nostram „irrepsit. Ex Aulicis potissimi, atque „inter eos etiam Celsissimi Principis nostri Nepotes, necnon ex Petrinis nonnulli, & ex iis quidam Consistorii Consiliarius, alique sæculares Consilarii (scioli nempe, sed in Theologia admoldum peregrini) liberi Murarii appellantur, quod nomen mutatum est a Ludovico Antonio Muratorio Italo Sacerdote, & ni fallor, Mutinensi Biblio-

N 3

„the-

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

„thecario: verbum *liberi* eis attribuitur  
 „eoquod ad exemplum & doctrinam  
 „Muratorii libertatem sentiendi in  
 „teria Religionis propugnant. Res  
 „eo devenit, ut Consistorialis ille,  
 „in Principis Ephebæo Moderatore  
 „agit. Ephebis inhibuerit, ne *Salve*  
 „*gina* recitarent. eoquod in hac oratio-  
 „ne, *B. Virgo ac Deipara Mater misericordis*  
 „appellaretur; sicut etiam ex Antipho-  
 „na, *Sub tuum præsidium* hæc verba  
 „*Mediatrice nostra* eliminari petunt.  
 „*B. Virginem Mariam*, Dei Sanctam  
 „sanctasque reliquias honorare, de-  
 „taxat pium ac utile, non autem ne-  
 „cessarium, præceptumque esse, ut  
 „nisi voce dicunt: His vero in Univer-  
 „sitate pro palatis Clarissimus Pro-Ce-  
 „llarius occasione annuæ supplican-  
 „tis ad Mariam in Plain ab Academi-  
 „sodalitate institutæ contra hunc or-  
 „dinem peroravit, suumque sermonem  
 „typis edidit. Divulgata autem  
 „oratione mox Principis iussu omnia  
 „exemplaria fuere suppressa, inde  
 „tumultus, ut vix quis imaginari  
 „sua assequi possit, præcipue postquam  
 „in festo gloriosæ Virginis ad cælos  
 „sumptæ omnes Concionatores, Fran-  
 „scani, Capuccini, & Augustiniani  
 „tæ Virgini prærogativam Matris

„ricordiæ, & Mediatrix vindicarunt: Sæc. XVIII.  
 „imo contigit etiam, ut Consistoriali A. C. 1746.  
 „Consiliario in Ecclesia Cathedrali sa-  
 „cris operante, populus tam alte incla-  
 „maret, ut ipsemet auribus percipere  
 „posset hæc verba: *En Murarium libe-*  
 „*rum! ipsius Missa nil valet*, quibus dictis  
 „ex Ecclesia excefferunt. Die decima  
 „nona Augusti hanc ob causam & pro-  
 „pter P. Pro-Cancellarii orationem ex  
 „Principis mandato extra ordinem Se-  
 „natus in Consistorio habebatur, quid  
 „autem concludetur, exspectandum  
 „venit &c.

His literis Joannes Andreas Chri-  
 stiani de Rall Archiepiscopi ac Principis  
 Consiliarius Consistorialis sese graviter  
 læsum existimans, sibi satisfieri petiit;  
 quocirca præfatus Pater Joannes Bapti-  
 sta Archiepiscopi ac Principis jussu pa-  
 lam deprecari, dictaque revocare cogebatur,  
 quod etiam die vigesima prima  
 Octobris hoc modo executus est.

„Ego infra scriptus profiteor, ac om-  
 „nibus, ad quorum manus hæc scriptu-  
 „ra publica devenerit, notum esse volo,  
 „quod per litteras aliquas ad Fratrem  
 „meum Carmelitam discalceatum da-  
 „tas, quamvis quidem nihil tale inten-  
 „derim, graviter nihilominus offende-  
 „rim



Sæc. XVIII. „rim Reverendissimum, Prænobilem  
 A. C. 1749. „Clarissimum Dominum Dominum Joa-  
 „nem Andream Christiani de Rall, Rev-  
 „rendissimi & Celsissimi Archiepiscopi,  
 „S. R. I. Excelsi Principis Salisburge-  
 „sis &c. Consiliar. Confist. ejusdemque  
 „Illustrissimi Ephebæi Moderatorem,  
 „Canonicum B. V. ad Nives &c. quæ  
 „que per has ipsas literas inconsider-  
 „tas occasio fuerim, ut fama ejusdem  
 „Reverendissimi Christiani hinc inde vari-  
 „modis profunderetur. Jam vero  
 „his a meo Reverendissimo Domino Do-  
 „mino Præsule correctus & admonitus  
 „ac publicam hanc deprecationem  
 „cere jussus, agnoscens culpam meam  
 „quæ in illis literis continentur, re-  
 „cans omnia & singula, bonæ fame  
 „æstimationi hujus Reverendissimi Do-  
 „mini Canonici contraria, sancte co-  
 „testans, me nihil tale scire, multo  
 „minus asseverare posse, sed, quæ scrip-  
 „tamento fratri meo, sperans, nihil  
 „his ultra divulgandum, recensuisse  
 „atque hanc revocationem ut meus ge-  
 „manus apud illos, apud quos ipse h-  
 „a me scripta divulgavit, faciat, dat  
 „ad eum literis serio admonebo, &c.  
 „stringam. Ut vero hæc publica  
 „precatio & revocatio tanto majores  
 „fidem ac robur obtineat, subscripserunt

præter me duo R. R. Superiores domestici, appresso sigillo communi Conventus. Actum ad S. Petrum Salisburgi, die 21. Oct. 1740.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

(L. S.)

P. Rupertus Presingeri,  
p. t. Prior, testis.

P. Paulus Moll, p. t. Subprior, testis.

P. Joannes Bapt. Steinhauer, Novitiorum Magister.

§. XIII.

*Tumultus Principis Archiepiscopi vigilantia sedatus.*

Hæc tamen palinodia adeo non resedit tumultus, ut nova indies incrementa caperet, non modo a popularibus, sed & potentioribus, aliis P. Benedictini orationem tuentibus, aliis improbantibus. Hæc ubi intellexerat Princeps Archiepiscopus, P. Eberhardum Rudorffer Facultatis Theologicæ Decanum Academico Senatu moveri, & P. P. Cappucinos Concionatores moveri jussit, ut in suis sermonibus cautè abstinerent ab omnibus, quibus imperitum vulgus irritari posset: alii vero, qui in suis sermonibus debitæ moderationis limites transgressi accusabantur,

N 5

recan-

Sæc. XVIII. recantare jubebantur; alii, ut sefe  
A. C. 1740. bis subducerent, Salisburgo excesserunt  
 & quidem P. Georgius Horner Univer-  
 sitatis Rector in Vindeliciam & Rha-  
 tiam; Placidus vero Pro-Cancellarius  
 & præfatus P. Rudorffer in Noricum  
 & Hungariam secesserunt. Verum ip-  
 sique quoque absentibus, adversus novos  
 Criticos continuè fervebant ver-  
 rum altercationes & animorum aver-  
 nes: nobiles, ignobiles, literati &  
 docti dubitationibus circa Religionem  
 angebantur, non quod sententiæ de  
 cessaria & præcepta veneratione acci-  
 derent, sed quod sensim Religionis con-  
 temptum, morumque corruptionem in-  
 vehi, & sub abusus eliminandi obtin-  
 rectum usum, ipsaque fidei dogmata  
 (uti Lutherus fecisset) everti periculi-  
 cerent. Creverat etiam indies per  
 niversam Germaniam novæ impietatis  
 Murariæ fama; imo fidem super-  
 quam late, & quam exiguo tempo-  
 spatio ea propagata sit. Adveniens  
 undique Salisburgum nuncii, rem  
 Cæsaris ipsius, S. R. I. Electorum, ali-  
 rumque summorum Principum & Præ-  
 sulum aures pervenisse; imploratam  
 summi Pontificis & Cardinalium opera  
 manavit insuper hæc fama ad finitima  
 rum regionum plebem, ita ut vel apud  
 infimos e populo homines nihil esse

vulgatius, nihil formidolosius, quam Sæc. XVIII.  
 Murariorum Salisburgensium nomen: A. C. 1740.  
 Ut ergo Archiepiscopus huic contro-  
 versæ finem imponeret, die vigesima  
 tertia Septembris sequens edictum pro-  
 mulgari iussit.

„Aliunde Consistorio nostro notum  
 „est, quam periculosi motus ac conten-  
 „tiones fuerint exortæ, occasione cujus-  
 „dam concionis, quæ in B. V. Eccle-  
 „sia in Plain habita, & postmodum sine  
 „nostro, nostrique Consistorii præscitu  
 „atque approbatione typis edita fuit,  
 „quotque malitiôsæ falsitates, & aliæ  
 „relationes omni fundamento & ratione  
 „destitutæ popularibus fuerint instilla-  
 „tæ, ad publicam offensionem omnium,  
 „& præcipue Beatissimæ Virgini Mariæ  
 „devotorum, cujus ferventem cultum,  
 „invocationem ac venerationem a pri-  
 „mis regiminis nostri auspiciis in nostra  
 „ditione firmiter implantare ac fovere  
 „extremo semper conatu adlaboravi-  
 „mus. Sicut autem perniciosos ejus-  
 „modi motus patienter tolerandos esse  
 „nullatenus judicamus, sed potius su-  
 „premi Pastoris ac Principis officio ad-  
 „moniti, tempestive hisce malis obvia-  
 „re, & tam male consultum zelum in  
 „suo ortu suffocare obstringimur, ita  
 „præfato nostro Consistorio serio præci-  
 „pimus,

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„pimus, ut deinceps de fervente hactenus  
 „nus controversia nec pro nec contra illi  
 „fiant sermones, nihil de ea scribatur,  
 „aut desuper publice vel privatim disputetur,  
 „sed potius unice doctrinæ a sacrosancto  
 „Oecumenico Concilio Tridentino Sess. ult. *de invocat. venerat. &*  
 „*reliquis Sanctorum* firmiter & sine aliis  
 „vel additis vel demptis, quibus veritas  
 „hujus doctrinæ substantia vel in minimo  
 „modo labefactari vel immutari posset, firmiter  
 „insistatur: ut vero pariter idea  
 „in Universitate nostra, Monasterio S. Petri,  
 „& in omnibus aliis Ecclesiis tantis intra quam  
 „extra Urbem, necnon ab omnibus Parochis &  
 „Concionatoribus observetur, & sub comminatione  
 „maximæ indignationis nostræ exacte observetur,  
 „opus deducatur, Consistorium nostrum quantocius  
 „nomine nostro omnibus & singulis serio præcipiat  
 „ut in suis Concionibus ab immoderata verborum  
 „vehementia, & temerariis criminationibus  
 „omnino abstineant. Insuper verbis minime celamus,  
 „Nos eadem die ad Reverendissimum nostrum Cathedralium  
 „Capitulum hac in re necessariam instructionem dedisse,  
 „aliis vero quorum interest, aut quovis pacto interessere  
 „poterit, mandati nostri exactam executionem  
 „jamjam committendam esse &c.“ Postea Archiepiscopus  
 „Uni-

Universitate studiorum emendationem Sæc. XVIII.  
promoveri decrevit. A. C. 1740.

## S. XIV.

*Libellus famosus in Eruditorum de-  
fensionem editus ac suppressus.*

Huic Archiepiscopi Principis decreto ac imperio omnes debita docilitate obsequebantur, soli illi, qui se *eruditos* nominabant, hujus tumultus Auctores sibi silentii legem esse impositam summo opere dolebant: eapropter Principem supplices adeunt, ut suum honorem edita apologia defendere permitterentur. Id, ægre tamen, impetrantes operi manum haud segniter admovent, & jam apologiam, & quidem duplicem, vernaculo & latino sermone edere parant. Id ubi P. Georgius Horner Universitatis Rector e Vindelicis redux comperegrat, nihil non apud Civitatis Primores egit, ut Archiepiscopum junctis viribus supplices adirent, ne ejusmodi apologiam edere Eruditis liceret. Iteratis quidem hi permolestisque precibus aures Principis pulsant, prævaluit tamen Rector, adjutus ab Hieronymo Christianio Aulæ Cancellario, Viro apprimè Catholico, novitatis Osore, & prudentiamorumque probitate inclyto. Ita Principis interdicto criticis hisce Novatoribus

bus

Sæc. XVIII

A. C. 1740.

bus famæ suæ tuendæ, vel potius non tumultus concitandi facultas penitus adempta est, ne vero omnino inultum bescerent, anno sequenti contra Benedictinos famosum ediderunt libellum, sub hoc titulo: *Vindiciæ adversus Symphtantas Juvavienses, Coloniae apud Petrum Marteau*, quod tamen falsum est, cum ex Venetiis fuerint impressæ. Auctorem creditus est Joannes Casparius Conliarius Aulicus & Principis Historiographus latens sub hoc nomine *Αδελφός των φιλοσοφικών*. In hoc scripto Universitatis Benedictinæ Professores, Rector, Decanus &c. indignum in modum traduntur, unde etiam hæc satyra magno studio suppressa fuit: nempe is sciorum mos priscus est, insectari probris & calumniis eos, quibus par esse nequeunt solida eruditione, omnisque semper eis scientia est pedantica & respecta, quæ quantum illis est incognita tantum maledicis est invisæ.

## §. XV.

*Literæ Ludovici Muratorii ad Universitatis Rectorem Magnificum.*

Hæc cum Salisburgi gererentur, quædam Nobilis Romam profecturus Mutinæ Ludovicum Antonium Muratorium de omnibus, quæ contra ejus librum

brum & dogmata Salisburgi acta tuis-  
sent, certiozem reddidit. Hic ergo  
suum honorem vindicaturus, die tri-  
gesima prima Augusti ad P. Georgium  
Horner Universitatis Rectorem has de-  
dit literas:

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

*Reverendissimo P. Monacho Ordinis  
sancti Benedicti Syndico Universitatis Sa-  
lisburgensis, Ludovicus Antonius Mura-  
torius, Serenissimi Ducis Mutinæ Biblio-  
thecarius.*

„A Nobili Viro Germano Romam  
„petente nuper intellexi, quanta ani-  
„morum agitatio, quot motus in urbe  
„vestra oborti fuerint, & quam indigne  
„adhuc apud vos habeatur nomen  
„meum. Miratus sane fui doleoque  
„vehementer, & potissimum, quod au-  
„diam, pios simul & doctos viros ad-  
„versus me conjurationem iniisse, atque  
„ut eam instruerent, variis calumniis  
„& ridendis plane fabellis fuisse usos.  
„Nam quod est ad cætus de *Franchi* & *li-  
„beri Muratori* a Pontifice maximo pro-  
„scriptos, quorum, si vera mihi nun-  
„tiata sunt, auctorem me vultis, quid  
„ineptius, rogo, excogitari potuit?  
„nemo est, qui nesciat, eorum nomen,  
„atque institutum e Britania prodisse,  
„atque in Galliam & Italiam processisse.  
„nihilque rei mihi esse cum factionis  
„ejus-



Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

„ejusmodi hominibus. Si quis aliter  
 „sentit, liceat mihi dicere: ille infans  
 „Ad tractatum vero *Lamindi Pritani* &  
 „*ingeniorum moderatione* &c. quod attinet  
 „is quidem, ut audio, apud vos  
 „audit, atque inter libros a S. Cong.  
 „gatione perculos recensetur. Et hæc  
 „altera calumnia est. Liber ille, ut  
 „quique norunt, quamquam ex  
 „Romanum subierit, nulla unquam  
 „sura dignus reprehensus est. & Ver  
 „tis recusis in omnium manibus  
 „ac pacifice versatur. Qua ergo  
 „scientia quidam apud vos sinistram  
 „eo opinionem disseminarunt, atque  
 „ignaro populo adhuc eandem  
 „pergunt? Denique certior factus  
 „isthic improbari, imo & inter hæc  
 „tica dogmata referri, quod ego de  
 „votione erga Deiparam & Sanctos  
 „piis exercitationibus meis scripsi.  
 „id verum est, habeo quod conque  
 „de doctrinæ vestræ abusu. Nihil  
 „ego asserui, quam quod in S. Con  
 „Tridentino Ecclesia S. Catholica  
 „credendum proposuit. Ibi Sess. 25. c.  
 „statuitur; *Bonum atque utile esse, si  
 „pliciter Sanctos invocare.* Hæc Tride  
 „tini Patres: paria & ego, Et profes  
 „ab exordio Christianæ Religionis  
 „clesia nos semper docuit & docet, qu  
 „nobis proficuum sit ad Sanctorum or

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„tiones, opem auxiliumque confugere,  
„ac potissimum ad Beatissimam Virgi-  
„nem Deiparam, cujus intercessio apud  
„Deum reliquis Sanctis sine compara-  
„tione præstat. Verum si quis inter  
„vos est (quod difficile adducor, ut  
„credam) qui invocationem Sanctissi-  
„mæ Dei Matris necessariam quoque ad  
„salutem existimet ac deprædicet, is  
„sane novum in Ecclesia Dei dogma in-  
„vehit, illudque ab ipsius Ecclesiæ  
„mente & doctrina prorsus alienum,  
„quæ non geminos, sed unum Salva-  
„torem Jesum Christum agnoscit. Ne-  
„que is a superstitione aut hæresi abest,  
„& minime animadvertit, quam incau-  
„te ad S. Ecclesiam Catholicam exhibi-  
„landam & culpandam hujusmodi opi-  
„nionem occasionem præbeat hæreticis.

„Cæterum ille liber meus a tot annis  
„recusus, & pluries recusatus, in omnium  
„manibus est, neque Romani censors,  
„neque ullus ex tot Italiæ Theologis  
„quidquam ibi parum salutaris aut per-  
„versæ doctrinæ unquam deprehendit.  
„Numquid Salisburgi melior scientia,  
„major Zelus, uberiorve pietas, quam  
„in ipsa Roma omnium magistra, atque  
„in universa Italia? ne vos, quemad-  
„modum puto, id opinemini. Cum  
„ergo audiam, nomen meum, meosque  
*Hist. Eccles. Tom. LXXVII.* O „li-

Sæc. XVIII. „libros a Salisburgensibus tam iniq̄  
 A.C. 1740. „& iustitia & charitate reluctantē, pro  
 „scindi, ad te Reverendissimum Patrem  
 „cæterosque Universitatis vestræ Pro  
 „fessores querelas meas defero, quos ve  
 „luti tanti motus auctores, & incitator  
 „res populi adversus me fuisse, si ver  
 „mihi nunciata sunt, accepi: petent  
 „ut famam, honoremque meum  
 „hic immerito læsum, resarcire velim  
 „De me sane, qui in media Italia & in  
 „oculis, ut ita dicam, Romanæ Sedis  
 „sacerdos vivo, & de doctrina mea  
 „mo doctus male sentit, nullusque  
 „ctenus librorum meorum S. Congre  
 „gationis decreto confixus fuit; qu  
 „quæso, in me Salisburgenses uni  
 „hantur, indignisque modis nomi  
 „meum divexent, cum tamen ego na  
 „lum unquam Salisburgensium læserim  
 „Si quid vobis minime probatur in  
 „bris meis, publicis typis & vos in  
 „renam descendite, non clandestino be  
 „certate, neque indoctam plebem ego  
 „modi imposturis imbuite. Quod si a v  
 „bis restitutionem famæ non impetrare  
 „ro, & ne quidem rescribere vobis anim  
 „sit, invitum hominem procul dubio  
 „digetis, ad vindicandum a calumni  
 „vestris honorem meum edito aliquo  
 „bro, in quo, si, quæ vobis ac Univer  
 „sitati vestræ molesta sint, offendetis

„non mihi, de vobis vestroque Gymna-  
 „sio loqui honorifice cupienti, succen-  
 „sendum erit, sed de ignorantia atque  
 „improbitate eorum, qui me indignis  
 „modis lacerant, exoptulandum erit  
 „vobis. Vale interea, Reverendissime  
 „Pater, justumque meum dolorem ex-  
 „cusatum habe.

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1740.

## §. XVI.

*P. Rectoris responsum ad Muratorii  
 epistolam.*

Ad has vero literas P. Hornerus Uni-  
 versitatis Rector hoc dedit respon-  
 sum:

*Reverendissimo D. Ludovico Antonio  
 Muratori, Serenissimi Ducis Mutinæ Bi-  
 bliothecario, P. Gregorius, Universitatis  
 Salisburgensis Rector, & Celsissimi Ar-  
 chiepiscopi, & S. R. I. Excelsi Principis  
 Consiliarius intimus.*

„Accepi tuas, quas contra me &  
 „Universitatem nostram vehementer ex-  
 „aggerasti querelas, Vir eximie ac re-  
 „verendissime, sed quæ conscientia fue-  
 „rit viro illi Germano, qui dum Romam  
 „peteret, informationibus plane sinistris  
 „animum tuum, alias, ut audio, pa-  
 „catissimum, totumque ad pietatem  
 „compositum turbavit, non capio. Im-

O 2

„pri-

Sæc. XVIII. „primis enim conjurationem aliquam  
 A. C. 1740. „contra te hic Salisburgi fuisse initam  
 „ego quidem penitus ignoro. Secundo  
 „illius cætus, seu societatis de *Francii*  
 „liberi *Muratori* a Pontifice maximo pro  
 „scriptæ Te nos auctorem voluisse, om-  
 „nino falsum est & calumniosum. Ter-  
 „tio dein tractatum Lamindi Pritani  
 „quod attinet, eum inter libros a  
 „Congregatione percussos a nobis re-  
 „censeri, similiter a veritate alienum  
 „est. Male quidem iste libellus apud  
 „nos audiit, & adhuc audit, sed inter  
 „alia potissimum ex eo capite, quod  
 „immaculata Dei Genitricis concep-  
 „tus tam viliter sentiat, ut eam inter  
 „res causas abjiciat. Id quod ad  
 „tantam divinam Majestatem & sanctitatem  
 „dignum nobis videtur, ut saltem in  
 „propositiones male sonantes, & pro-  
 „rum aurium offensivas similia esse  
 „censenda judicemus. Quamvis enim  
 „ut nobis objicis, non sit Salisburgi ma-  
 „jor scientia, major Zelus, uberior  
 „pietas, quam in ipsa Roma omnium  
 „magistra aut universa Italia; in cultu  
 „tamen ac veneratione immaculatae  
 „Virginis nulli cedimus aut urbi  
 „provinciæ, ac vel ideo jam ab anno  
 „1607. solemniter juramento nos obligati  
 „sumus, quod publice ac privatim ve-  
 „limus pie tenere, asserere & defendere.

„Divam Virginem Mariam Dei Geni-  
 „tricem absque originalis peccati ma-  
 „cula conceptam esse, prout jam ante-  
 „hac aliæ celeberrimæ Academiæ &  
 „integri ordines fecerunt &c. Quarto  
 „rursus falsum est, quod tibi, Reveren-  
 „dissime! Germanus ille Romam per-  
 „gens viator persuadere voluit, nimi-  
 „rum a me aut a nostris inter hæretica  
 „dogmata referri, quod in piis exerci-  
 „tationibus tuis de devotione erga Dei-  
 „param & Sanctos scripsisti, imo tracta-  
 „tio illa a te aliquando edita vix uni  
 „aut alteri nostrum hactenus nota fuit:  
 „& ego quidem nihil de ea unquam vi-  
 „di aut legi. Cæterum vero dum nu-  
 „per non clandestino bello sed publice ex  
 „cathedra propugnata est necessitas co-  
 „lendi Beatissimam Dei genitricem &  
 „Sanctos, puto, quod solidissime & lu-  
 „culenter demonstratum sit: non est  
 „novum hoc aut inauditum dogma, quod  
 „præstantissimi Theologi jam antehac  
 „docuerunt, & gravissimis rationibus,  
 „Patrumque sententiis firmarunt: quin  
 „& ipsius *Lamindi Pritanii* verba sunt  
 „L. 3. c. 12. *Servitutis honorariæ speciem,*  
 „*quam Duliam appellamus, non prohibemus,*  
 „*sed jubemus præstari Sanctis.* Verum  
 „quidquid sit de *Lamindo Pritannio*; uti-  
 „que id saltem perspicias, vir sapien-  
 „tissime, quam mala hæc sit illatio:

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

*Beatissimæ Virginis Dei genitricis & Sancto-  
 rum cultus est non tantum utilis ac bo-  
 nus, sed etiam necessarius: ergo sunt ge-  
 mini, & non unus Salvator Jesus Chri-  
 stus. Hoc namque tam parum sequitur,  
 „quam ex necessitate bonorum operum  
 „quod Christus non satisfecerit. Ante  
 „rim tamen non adstruimus necessi-  
 „tem mediæ, aut fidelibus molesti sumus  
 „novis præceptis ultra ea, quæ nobis  
 „Ecclesia imposuit per institutas vari-  
 „devotiones, & festivitates in ordine  
 „præstandum cultum eidem Beatissimæ  
 „Virgini & Sanctis debitum, ut potest  
 „non videre aut animadvertere vale-  
 „mus, quod hujusmodi opinione piæ  
 „sancta occasio præbeatur hæreticis,  
 „Ecclesiam Catholicam exhibendi  
 „culpandi. Jam vero quod nomen  
 „tuum, tuosque libros a Salisburgensibus  
 „iniquè proscindi queraris, hæc  
 „quæso, non nostræ Universitatis Viri  
 „sed aliis, qui eruditione tua abutu-  
 „tur, imputa. Libri tui, qui, ut  
 „ma etiam ad nos tulit, multi sunt  
 „multisque encomiis dignissimi, in no-  
 „stris apud nos, quod bene scio, man-  
 „ibus hætenus fuerunt (unico *Lamberti*  
 „*Pritanio* excepto); quomodo ergo, qui  
 „non novimus, aut unquam vidimus  
 „proscindemus? excanduit profecto,  
 „fateor, unus aut alter ex nostris atque*

„vehementius (nobis etiam invitis) ex-Sæc. XVIII.  
 „arsit contra te, Vir præstantissime, sed A. C. 1740.  
 „postquam occasione illius tuæ elucu-  
 „brationis *de ingeniorum moderamine* va-  
 „riis iisque non levibus calumniis ve-  
 „xati sumus, ipsaque Universitas cum  
 „ejusmodi antiqua docendi methodo  
 „palam fuit contemptui habita. Proin-  
 „væ illis, qui nonnisi contentiones ex-  
 „citant, nostramque rempublicam ha-  
 „ctenus per omnia quietam, gravissime  
 „turbant, intendentes quidem erudi-  
 „tionibus; sed quæ quæstiones præstant  
 „magis, quam ædificationem Dei, quæ  
 „est in fide; imo & sine disciplina sunt,  
 „& lites generant, ut amplius ad Ti-  
 „motheum.

„Ignosce, Vir reverendissime & sa-  
 „pientissime, si te cautum esse jubemus  
 „in his negotiis; sunt enim, qui auctori-  
 „tati magni nominis tui, quod tibi in  
 „orbe literario hæctenus comparasti, vel  
 „ideo graviter præjudicant, quia sub  
 „hoc nomine doctrinas in vulgus & in-  
 „eruditam plebem spargunt, quas ipsi  
 „Theologi post longiora studia solent  
 „disputare. Dolendum sane est nunc  
 „temporis ad nobilissimum critices stu-  
 „dium juvenes vocari, nulla adhuc so-  
 „lida scientia aut graviore disciplina  
 „tinctos. Dolendum circa illa fidei my-  
 „ste-



Sæc. XVIII  
 A. C. 1740.

„steria coram sæcularibus imo sæm  
 „disputationes institui: vel saltem pro  
 „positiones fieri, circa quas alias an  
 „marum curatores contra Ecclesiæ no  
 „stræ hostes pugnarunt. Hic enim ve  
 „ingeniorum moderamine opus fore  
 „dum non Catholici contra Acat  
 „cos, sed illi ipsi contra se invicem  
 „agere deprehenduntur. Ego qu  
 „dem aliquos jam antehac mon  
 „ut in ignaro populo eruditas quæsi  
 „ones, ac sententias suas, e quocunq  
 „demum auctore depromptas dissemin  
 „re desisterent, cum certe sine scanda  
 „talia fieri non possint. Nihil tamen eg  
 „aut alii efficere potuimus. Unde con  
 „git, ut tandem ingens collisio excitata  
 „in urbe nostra, dum audire debuim  
 „in ipsis etiam popinis ab indocta ple  
 „disputari de titulo Matris miserico  
 „diæ &c. de certitudine consecratæ  
 „stizæ aut Sacerdotis consecrantis,  
 „hæc quam periculose quis non videat  
 „Denique dubitasti, vir reverent  
 „sime, an animus nobis sit tibi rescri  
 „re, ac vel ideo minas adjecisti ed  
 „quodam libro te tuumque honore  
 „vindicandi; verum mirari non debu  
 „ses, si nihil responsi retinivisses ad ep  
 „stolam nullo signatam sigillo, & ad  
 „nominatum quemdam Universitat  
 „nostræ Syndicum scriptam, quin d

„per totam urbem in aliorum manibus Sæc. XVIII.  
 „circumvolitantem prope citius, quam A.C. 1740.  
 „ad meas manus pervenerit, quod ulti-  
 „mum certe fieri non decuit inter viros.

„Plura non addam amplius, quia  
 „fatis ex his intelliges, qualia & cum  
 „quibus hæcenus fuerint hæc negotia.  
 „Nos quidem Marte etiam aperto in a-  
 „renam descendere non formidamus,  
 „præsertim ubi de gloria Dei genitricis  
 „agitur, terreri nos nunquam patiemur  
 „ab edendis contra nos libris, utpote  
 „qui pugnare jam didicimus, & usum  
 „armorum habemus.

„In his tamen delicatis temporibus  
 „ne, quæso, sit jurgium inter nos aut  
 „scissura, ne, quos ædificare oportet,  
 „destruamus, aut inter nos litigantes  
 „tertius forte pusillus succumbat. In-  
 „terea vero me quod attinet, cæteris  
 „nostris Professoribus hinc inde disper-  
 „sis, ac pro more ferias agentibus, fe-  
 „curum te esse volo de mea singulari  
 „tui tuæque eruditionis æstimatione ac  
 „veneratione, cui immoriar. Vale.“

Ceterum quamvis fervente semido-  
 ctorum intemperie Patres Benedictini  
 Professores Academici multis molestiis  
 ac ludibriis fuissent affecti, sedato ta-  
 men primo tumultus æstu demum co-  
 gnita

Sæc. XVIII  
A. C. 1740.

gnita causæ æquitas triumphabat adeo  
ut dum altero anno die quarta Novem-  
bris Facultatum Decani solemnibus rito-  
ligebantur, præsentem Joanne Baptista  
Comite de la Tour & Tassis Reveren-  
dissimi Consistorii Præsidente, qui Archie-  
piscopi Principis vices obibat, Dominus  
Freynender Consistorii Cancellarius lu-  
bita luculenta oratione Benedictinæ  
Ordinem eo potissimum ex capite pri-  
mario commendaret, eoquod is a pri-  
mo suo ortu usque nunc Beatissimæ  
Virginis cultum miro pietatis exemplo  
promoverit.

§. XVII.

*Ejusdem Ludovici Muratorii respon-  
sum ad P. Gregorium Horner  
Rectorem Magnificum.*

**A**d hasce Rectoris Magnifici literas  
Ludovicus Muratorius haud tace-  
dum ratus, die vigesima sexta Octobris  
sequens dedit responsum:

„Perlectis literis tuis utique gavisus  
sum, certior ipse factus, non omnino  
de bello isthuc mihi illato nunciata esse  
vera: contra vero doluit, quod simul  
sincere fatearis, minime a te tuisque  
collegis probari, imo improbari  
mundi Pritanni librum ea maxime  
causa

„caussa, quod de immaculata B. V. con- Sæc. XVIII.  
 „ceptione tam viliter auctor sentiat, ut A. C. 1740.  
 „eam inter leves causas abjecerit. Hoc  
 „assertum vos inter propositiones male  
 „sonantes & piarum aurium offensivas  
 „rejecitis. Ad hæc ægre tulistis, me  
 „in *sacris exercitationibus* affirmasse, de-  
 „votionem sive invocationem divini no-  
 „stri Salvatoris, non autem Deiparæ ac  
 „Sanctorum necessariam esse christiano  
 „homini ad salutem. Proinde non ne-  
 „gas, quin palam in ecclesia vestra de-  
 „prædicata fuerit necessitas cultus B. V.  
 „Unum te rogo, ut, ne æquivocatio ulla  
 „huc sese ingerat, sed, quales revera  
 „sunt, res & oppositæ opiniones ex-  
 „primantur: sitne levis an gravis caus-  
 „sa, quæ ad immaculatam conceptio-  
 „nem spectat, ubinam legisti apud *Pri-*  
 „*tannum*? imo is laudat Scotisticæ sen-  
 „tentiaæ sectatores, neque se ample-  
 „cti contrarium affirmat, quamquam  
 „eidem adhærere liceat. Quidnam er-  
 „go ibi male sonat? Superest, ut dicas,  
 „nil aliud ibi improbari, nisi votum dan-  
 „dæ vitæ pro tutela Scotisticæ opinio-  
 „nis. At insurges, inquiens, a vobis  
 „quoque juramentum quotannis emitti  
 „de tuenda eadem sententia: verum &  
 „hic apertius exerenda vestra mens e-  
 „rat; nam si opinionem ejusmodi ver-  
 „bis & scriptis protegendam suscipitis,  
 „con-

Sæc. XVIII. „consilium vestrum, utpote valde pium  
 A. C. 1740. „& ego summoperè commendo. Co  
 „tra si sanguinem quoque pro eadem  
 „obligastis, vestrum erit ostendere,  
 „liceat pro opinionibus profundere  
 „tam, cujus domini non sumus, aut  
 „vincere. quæstionem hanc ex opinio  
 „num finibus in fidei veritatem migra  
 „se, quod nisi præstetur, absurdum sen  
 „per fuerit, & minime ferendum,  
 „quari fidei dogmata opinionibus  
 „minum. Pergis ad causam commo  
 „in urbe vestra tumultus, atque ad  
 „præstantissimos Theologos tradidi  
 „necessitatem colendæ B. V. Hic etiã  
 „optassem, ut dilucidius tuam mentem  
 „prodidisses. Duo plane diversa sunt  
 „cultus sive honor sanctis & præsertim  
 „B. V. debitus, & invocatio eorundem  
 „Dogma fidei est, majorem longe honorem  
 „rem B. V. deberi, quam sanctis, quibus  
 „bus ineffabili privilegio præstat;  
 „ctenus concedes pergimus: ad invocatio  
 „cationem vero B. V. & sanctorum quibus  
 „attinet, itidem dogma fidei est, quod  
 „solum licere, sed utile etiam ac bonum  
 „esse, eorum patrocinium apud Deum  
 „implorare, atque imprimis ad opem  
 „Mariæ confugere. Sed quid colendum  
 „tuus? illius namque sacramentum  
 „nem mihi procuravi. Is cultum & invocatio  
 „vocationem simul jungens utriusque

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„necessitatem ad salutem grandi ore de-  
 „prædicavit & quidem e sancto suggestu  
 „ad populum indoctum verba faciens.  
 „Non hic ergo agitur de uno cultu hy-  
 „perdulix debito Virgini, quem tu a  
 „Theologis traditum recte affirmas; a-  
 „gitur de necessitate invocationis; agi-  
 „tur de novo dogmate in ecclesiam in-  
 „vehendo; agitur non de aliqua levi  
 „quodlibeticæ Theologiæ quæstione, sed  
 „de re magni momenti, cum tradatur,  
 „sperare nos cælum non posse, nisi ad  
 „sanctorum & potissimum B. V. preces  
 „confugiamus. Si aliquis ignorantiam  
 „hic & temeritatem collegæ tuo obji-  
 „ceret, nescio per quam rimam is cen-  
 „suram evaderet. Nonne is temere a-  
 „git, qui neque ex sancta scriptura, ne-  
 „que ex summis Pontificibus, conciliis  
 „insignibusque Theologis quidquam af-  
 „fert, ut rem tantam in orbem catholi-  
 „cum inferat? & quod mirum est, san-  
 „ctum Tridentinum Concilium huc per-  
 „trahere audet? Arguantur, oportet,  
 „tot præstantissimi viri vel negligentix  
 „vel inscitix, qui nos nunquam de tali  
 „obligatione certiores fecerunt. Qui  
 „rursus veræ religionis principia novit,  
 „qui fidelibus recte viventibus cælum  
 „præcludit, nisi B. V. intercessio præ-  
 „cedat? quando nos ecclesia hætenus  
 „docuit, necessariam & sufficientem ad  
 „sa-

Sæc. XVIII. „salutem esse Mediatoris nostri  
 A. C. 1740. „Christi invocationem, ex quo omnia  
 „per quem omnia. Ejus autem verba  
 „sunt: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis: atque omnis potestas in caelo & in terra; ipsi habemus advocatum apud Patrem non pro peccatis nostris, sed & totius mundi.*  
 „siperet autem quisquis assereret, quod  
 „ces nostras ad Deum & ejus filium in  
 „stra esse, nisi sanctorum precibus  
 „ventur. Neque huc vocanda erant  
 „quorundam hominum pie exorbitantium  
 „tium verba, quæ ex affectus ferre  
 „ipsis exciderunt, sed ea, ut Theologum  
 „gum decet, emollienda, & ad sanctorum  
 „ris Theologiæ leges temperanda sunt.  
 „Ecclesia hæctenus hortata est atque exemplo  
 „emplo suo præivit, ut orationibus sanctorum  
 „stris ad Deum intercessionem quorundam  
 „sanctorum adjiceremus, neque necessitatem  
 „necessitatem præscripsit, aut id præcepto  
 „præcepto mandavit. Progredi longius  
 „gius nolo, neque moror devotionem  
 „festivitates, quas memoras; nulla enim  
 „nim invocatio sanctorum sive devotio  
 „præcepti communis est. Festivitates  
 „vero ad cultum quidem sanctorum spectant,  
 „stant, sed vel a non invocantibus sanctos  
 „ctos recte observari solent ac possunt.  
 „At præterire nolo, quod ais, vos neque  
 „pe nulli urbi aut provinciæ cedere  
 „cultu

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„culu & devotione; video enim, vos  
 „velle videri magis pios, magis doctos,  
 „quam reliquos Catholicos; hoc autem  
 „vix fieri sine ambitionis contagione  
 „potest, & quod pejus est, a vobis  
 „præstatur inconsulta vera & legitima  
 „pietate. Animadvertite quæso: uti  
 „zelus non secundum scientiam occur-  
 „rere potest, ita & pietatem interdum  
 „deprehendi, quæ non sit secundum  
 „scientiam, quæ superficialis est, quæ  
 „damnanda. Veram solidam pietatem  
 „nos ab exordio ecclesiæ docti sumus,  
 „& docemur quotidie; non ea certe no-  
 „bis proposuit votum pro tuenda ju-  
 „gulis nostris immaculatæ conceptionis  
 „opinione. Quod an vos concipiatis  
 „ignoro. Neque ea tradidit, *necessarias*  
 „*esse sanctorum orationes ad salutem.* Hæc  
 „pii novatores invenerunt: sed eorum  
 „pietas, ubi non est secundum scien-  
 „tiam, imo ubi adversatur dogmatis  
 „ecclesiæ, repudianda est. Ad hæc  
 „mihi significasti, apud vos esse, qui  
 „delicatas Theologiæ quæstiones in  
 „vulgus atque inter mulierculas spar-  
 „gant: id si verum est, in iis pruden-  
 „tiam desidero; neque enim rudis sto-  
 „machus fert ejusmodi cibos. At par-  
 „cas velim, si addidero, longius vos a  
 „prudencia recessisse, quando ad popu-  
 „lum ipsum in ecclesia congregatum no-  
 „vam



Sæc. XVIII. „*vam doctrinam* detulistis, præceptum  
 A. C. 1740. „*facientes, quæ hactenus consilii fu-*  
 „*rant, injuriam Salvatori nostro in-*  
 „*rentes, non quod dedecet medi-*  
 „*cis titulo sub aliqua ratione Deipara-*  
 „*ornare; sed quod sine mediatrice in-*  
 „*ille mediator noster esse apud Deum*  
 „*non possit. Hæc horret ecclesia, in*  
 „*concione isthic habita deducantur,*  
 „*hæc rideant hæretici, quibus tam-*  
 „*nunciandum est, nequaquam hanc*  
 „*ecclesiæ mentem. Ceterum non*  
 „*ego sum, qui lubenter in arenam*  
 „*scendam adversus obtretractores lib-*  
 „*rum meorum, imo optare me fate-*  
 „*ut excitati isthic motus sopiantur,*  
 „*honestâ aliqua ratione scandalis in-*  
 „*enatis remedium adhibeatur: ver-*  
 „*si adhuc detrahère libris meis per-*  
 „*tis, consulam rebus meis. Certe-*  
 „*dubito, quin pugnare didicerit*  
 „*usum armorum habeatis, sed*  
 „*curandum vobis reor, ut pro veritate*  
 „*& sana semper pietate pugnetis. Qu-*  
 „*Rev. Pater dicta volo, intacto sem-*  
 „*obsequio, quod tibi & nobilissimo ver-*  
 „*ordini semper debere me profiteor.*

§. XVIII.

*Literarum studia variis in locis gra-*  
*viter promota.*

Prospero magis, magisque decoro

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

natu Romæ & alibi emendandæ stu-  
 diorum rationi, & politicarum disci-  
 plinarum incremento hoc anno insuda-  
 tum est: & quidem præprimis Bene-  
 dictus XIV. Papa eximius literarum  
 ac literatorum fautor exeunte hoc an-  
 no nova quatuor Collegia seu Acade-  
 mias erexit, ex quibus præcipua erat  
*Academia Historiæ Ecclesiasticæ*. Huic  
 Præsidem dixit Crispium Archiepisco-  
 pum, voluitque, ut Eruditi huic Aca-  
 demię aggregati literarios suos cætus  
 in Conventu Patrum Congregationis  
 Oratorii ad S. Mariam de Vallicella ha-  
 berent. Exacta hujus societatis noti-  
 tia hauriri potest ex libello Romæ lite-  
 ris Josephi Collinii impresso, cui titu-  
 lus: *Notitia de Academia Romæ jussu Be-  
 nedicti XIV. Papæ an. 1740. erecta*. Haud  
 segnius in Gallus Ludovicus XV. Rex  
 nil eorum prætermisit, quibus litera-  
 rum progressus promoveri posset; præ-  
 cipue vero Regio diplomate, amplisque  
 privilegiis auxit ac confirmavit Divio-  
 nensem Academiam a Bernardo Poussie-  
 ro erectam, cujus singulare studium e-  
 rat, ut sedula inquisitione exactoque  
 labore mathematica, moralia & medi-  
 cæ artis arcana detegerentur, atque  
 ad publicam utilitatem explanarentur.  
 Idem quoque Rex in Regium Historio-  
 graphum ac Consiliarium denominavit.

Hist. Eccles. Tom. LXXVII.

P

ce-

Sæc. XVIII. celeberrimum Argentinensem Histori-  
 A. C. 1740. rum Professore Joannem Daniel

Schöpflinum, qui eodem hoc anno die  
 decima septima Martii panegyricum La-  
 dovici XV. Regiis Natalitiis jussu pu-  
 blico dixerat, ob sermonis elegantiam  
 postea gallice redditum. Ut vero Re-  
 Literatos propositis Regiæ liberalitate  
 præmiis ad indefessam literarum cultu-  
 ram excitaret, assignato trium millium  
 librarum stipendio rei maritimæ Prae-  
 ctum nominavit Joannem de Maupou-  
 tuis Virum multis meritis & præsentibus  
 per plures annos in Laponia factis ob-  
 servationibus clarum, cui ejusque  
 ciis nauticæ emendationem commen-  
 ditavit. Pariter Indicæ navigationis  
 Parisiis detectis variis Austrum ventis  
 & Promotorium bonæ spei regionem  
 perelegantem confecere mappam geo-  
 graphicam, in qua Australes plagæ  
 inter Tropicum Capricorni & Polum  
 antarcticum sitas mirifice expresserunt.

§. XIX.

*Alternans Judæorum fatum.*

Hoc item anno Judaica gens in  
 regionibus nunc prosperis rebus  
 nunc ambiguis utebatur, prout con-  
 sors Principibus aut proficua, aut  
 xia videbatur, vel prout ipsimet fatum  
 per-

Sæc. XVIII.  
A.C. 1740.

perandi ratione fortunam suam fingebant. Nil magis frequens videtur, quam in Judæos conferri culpam crudelis carnicinæ, qua Christianorum infantes furripuerunt, eosque præcipue instante Judæorum Parasceve in contemptum Christi Domini mactarunt; partim ut christiano hoc sanguine vescentes in azimis suis a fœtore, quo graviter olent, sese præservent, partim ut eo in suis benedictionibus, nuptiis, & mulierum partibus utantur. Nec vana nec falsa est criminatio perfidæ huic genti illata, quantumcunque enim Joannes Christophorus Wagenfeil incircumciscus hic Judæorum Advocatus illam artificiosis suis conjecturis, argutiis, & depravationibus a Judæis propulsare nisus, imo etiam trucidati ab eis sesquianniculi infantis S. Simonis Tridentini Historiam reorum confessione, accurata causæ discussionem, cœvis testibus, & miraculis comprobata ferrea oris & calami impudentia ceu fabulam exsufflare ausus esset, nihilominus Coloniae & alibi tam luculenta diabolicæ hujus rabiei exstant monumenta, ut ea negare, aut stolidi, aut petulantis esset. Porro jam aliquot abhinc annis Judæi in Poloniæ regno pariter de inhumana Christiani infantis cæde postulabantur; quocirca non pauci, in quos criminis suspicio manaverat,

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

rat, custodiæ dantur, ac per quatuor  
 ferme annos sedula non minus quam  
 severa sit inquisitio: fertur quoque, Je-  
 dæos pro captis suis fratribus per inte-  
 grum annum orationem *El mole rachim*  
 in suis Synagogis publice recitare.  
 Tandem judicii actis anno priori per-  
 tus absolutis a Regio senatu hæc pro-  
 nuntiata est sententia: Judæi quidem  
 exposuerunt, quod a criminatione, per  
 inde acsi Christiano sanguine uterentur  
 & propterea infantes eorum occideren-  
 tur, Boleslai & Sigismundi Constitutio-  
 nibus pro tunc & futuris temporibus  
 beri ac innocui fuissent declarati; cum  
 autem his non modo Alexandri Regi  
 Constitutio obstaret, sed etiam pluri-  
 tam intra, quam extra Polonici regi-  
 fines ejusmodi cædis exempla contra-  
 rium demonstrarent, hinc ab hoc  
 mine immunes dici nequeunt: in per-  
 fenti tamen casu accusatio adeo per-  
 plexa, totque tricis innodata evasit,  
 huic causæ plena lux afferri nequeat  
 proin accusatos dimittere, quam im-  
 cuos damnare consultius videretur &  
 Quapropter Judæi de hac cæde posse-  
 lati præstito innocentiae juramento  
 bertati fuere redditi; Judaicæ vero ge-  
 tis Medicus, qui ex fuga retractus  
 rat, unacum alio vagabundo inusta  
 famiæ nota in exilium deportatus est.

Helena vero ancilla religione Christiana ad biennem castigationem Varso-  
viam deducta est. Denique Agnes, pa-  
riter Catholica, cum sceleris suspicio-  
nem penitus diluisset, reparata nomi-  
nis sui fama libertate donata est, ac  
Judæi omnes Varsovia excedere jussi  
sunt, qui tamen triste fatum suum pro-  
fuso ingenti ære rursus redemerunt. Ni-  
hilominus, ut futuris ejusmodi malis  
prospiceretur, Posnanix contra Judæos  
sequens edictum sanciebatur: I. Judæi,  
ut omnem mali & infanticidii hætenus  
ipsis imputati suspensionem a se amolian-  
tur, ab omni cum Christianis & præ-  
fertim parvulis commercio abstineant,  
II. si de Judæo compertum aut saltem  
duobus idoneis testibus comprobatum  
fuerit, quod Christianum infantem ad se  
pellexerint, aut blanditiis delinierint, ta-  
lemque infantem postea abesse contige-  
rit, Judæi de amisso hoc infante, utpo-  
te aliunde de ejusmodi crimine suspecti,  
rationem reddere teneantur. III. Ma-  
gistratus, ut Judæi intra plateas sibi as-  
signatas sese contineant, sedulo curet,  
& hæc plateæ muro, vel sepimento sa-  
tis alto cingantur, ac Judæi a Christia-  
nis separentur. IIII. Judæorum porta,  
qua ex suburbio ad eorum plateas ten-  
ditur, vespere, cum ceteræ urbis portæ  
clauduntur, pariter claudatur, & ma-  
ne

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

Sæc. XVIII.

A. C. 1740

ne unacum aliis portis aperiatur. IV. Judæorum nullus extra has plateas habitet, sed vespere quamprimum in Prætorio datum fuerit campanæ signum, ad suas ædes properet, secus Urbis Præfecto transgressorem carceri datum integrum sit, de cetero semper Judæorum porta præsidario milite custoditur. V. Nullus ex Judæis famulum vel ancillam minus vero Nutricem religionem Christianam ad servitium adhibere præsumat, indicta in transgressores centum auri marcarum multa Prætoris satellite exigenda. VI. Diebus Dominicis & festivis inter Christianos celebratis Judæi nec in Urbis forum nec in Christianorum plateis comparant, aut negotientur, aut merces circumferant, secus suis mercibus vendendi & Judæi in carceres abstrahuntur. VII. Ad defunctorum suorum exequiis nullis Christianis utantur, de plena tantum securitate Judæo sepulcrorum custodia caveatur, ita, ut si vel levis inferat molestia, ipse necessitate compulsus Christianorum opem implorare possit, hique juxta Imperii legem eidem assistere teneantur. VIII. Si forte quædam Judaica Synagoga Medicis aut Chirurgis eguerit, his severe interdicitur, Christianis medicinas præscribere, vel propinare, aut venas

care, vel vulnera curare &c. IX. Hebreæ quoque mulieres apud Christianas ob-  
 Sæc. XVIII. A. C. 1740.  
 obstetricum munere fungi non præsumant, secus carceris, fustigationis, aut  
 etiam exilii pæna mulctandæ. Hoc quoque edictum Judæorum Seniores in  
 eorum Synagoga publicare ac exhibere teneantur. X. Vagabundi, fixum  
 domicilium non habentes, otiosi, aut nec opificium nec alias artes exercentes  
 Judæi in Synagoga non tolerantur, sed expellantur, & si ejusmodi Judæus irre-  
 pere tentaverit, Seniores desuper Urbis Magistratum certio-rem reddant. XI.  
 Synagoga pro pauperibus vel decrepitis, si eorum parentes secum illos reti-  
 nere voluerint, in tantum caveat, ut damnum vel fraudem, quæ per eos  
 Christianis accederet, refarcire velit. XII. Denique fures, nebulones, Eccle-  
 siarum prædones, ebriosos aliosque nullius frugis homines nec recipiant, nec  
 detineant, nec ab eis merces suspectas emant, sed quamcumque rem fors de  
 furto suspectam, aut alias ejusmodi personas protinus Senatus Præsidi denun-  
 tiare, ac tradere teneantur &c.

Gravior adhuc tempestas hoc anno  
 Judæis in Wirtenbergensi Ducatu incu-  
 buit, ubi per plures annos velut in ter-  
 ra promissionis lacte & melle fluente fir-  
 mam,



Sæc. XVIII. main, securamque sedem fixisse exitu  
 A. C. 1740. mabant: postquam vero famosus ille  
 Judæus nomine Josephus Süß Oppen-  
 heimer, qui pene summa rerum potes-  
 batur, post Caroli Alexandri Ducis  
 bitum, propter ærarii publici defrauda-  
 tionem aliasque nefarias suorum com-  
 plicum artes repetundarum reus fu-  
 ca suspensus in ferrea cavea perit,  
 infami sua morte totam Synagogam  
 Wirtenbergicæ gloriam funeravit. Car-  
 olus Fridericus Wirtenbergæ Dux, &  
 supremus Ducatus Administrator &  
 Tutor Ducatus sui Ordinibus pollice-  
 rogabatur, se intra semestre omnes Ju-  
 dæos e tota Provincia ejecturum: quo  
 cica die vigesima Februarii omnibus  
 Ducatus Wirtenbergici Prætoribus &  
 Præfectis promulgato Stutgardicæ edi-  
 cto injunctum, ut evoluta jamjam pro-  
 fixo termino omnes & singulos Judæos  
 in eorum Præfecturis habitantes sine  
 ullo discrimine expellerent, exacte ad  
 tem statutum Provinciale die secundæ  
 Novembris anno hujus sæculi sexto edi-  
 tum observarent tam circa illos subje-  
 tos, qui cum Judæis contractus inie-  
 runt, quam circa ipsos Judæos, qui  
 ad publicas nundinas, vel æra crediti  
 exacturi subinde Provinciam ingredi  
 aut innoxium transitum concedi peti-  
 rint &c.

Attamen præter omnium expecta- Sæc. XVIII.  
tionem hoc anno Judæis in utriusque A. C. 1740.  
Siciliæ regno adeo propitia adspirabat  
aura, ut hucusque pluribus retro sæcu-  
lis ampliores libertates & privilegia in  
nulla orbis Christiani parte consecuti  
fuissent, & quidem a Principe orto in  
Hispania, ubi pestifera hæc gens omni  
tempore ferro flammaque extincta erat.  
Carolus enim Neapolis Rex & Hispaniæ  
Infans, cum intra regni sui fines mer-  
caturam per Judæorum industriam u-  
berrimo questu promotum iri speraret,  
eisdem favores hucusque non auditos  
indulfit, die tertia Februarii edito de-  
super hoc diplomate :

Nos Carolus &c. Non modo leges  
fundamentales cordibus nostris a natu-  
ra impressæ, sed & leges Divinæ in S.  
litteris manifestatæ docent, primas &  
indeclinabiles Principis curas esse, ut  
subditorum suæ sollicitudini a Divina  
Providentia commissorum commoda,  
utilitatem, bonumque omni studio ac  
Zelo promovere satagat. Igitur lucu-  
lenter comperto, quod omnes nostri  
subditi & regnorum ac statuum nostro-  
rum incolæ facultatibus exhausti sint,  
idque vel maxime inde oriatur, quod  
mercatura tam apud cives inter se,  
quam apud Nationem cum exteris pene

Sæc. XVIII.  
A.C. 1740.

exsiccata, variisque funestis fatissimum opere attenuata fuerit, hinc indefessum studium ac diligentiam nostram eo convertimus, ut certis proficuisque mediis negotiationem tam intra quam extra Regnum statusque nostros ad perfectum florem revocare possimus. Cum autem plurimum aliorum Catholicorum Principum prosperitas in suis ditionibus efflorescens nos manifeste edoceat, quod Judaica Natio unice mercaturæ inter præ ceteris aptissima sit ad hoc, ut promovere negotiandi & mercaturam ad remotissimas quasque regiones propagandi artem male edoctis populis promoveant, eosque instruant, hinc ad imitationem aliorum non minus prudentiam quam proborum Catholicorum Principum Judaicam quoque Nationem in nostris Regnis & statibus invehere accipere decrevimus: eapropter vi diplomatis omnibus Nationis suæ Mercatoribus aliisque, qui in Provinciis ac locis ortu usque ad occasum, sicut & in omnibus aliis regionibus & locis quibuscunque degunt, sine ulla exceptione si in nostris Regnis sedem figere & mercaturam exercere voluerint, gratias privilegia, exemptiones, & prerogativas in subsequentibus articulis contentas concedimus, ac clementer indulgemus &c.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

Postea adducebantur triginta quinque articuli, quorum summam referimus. Itaque eis concessum, I. ut per integros quinque annos fixum domicilium in his regnis habeant, evoluta autem hoc tempore, ni regno excedere jubeantur, hæc gratia ad alios quinquaginta annos cum iisdem privilegiis prorogetur: si vero expleto hoc tempore emigrare jussi fuerint, adhuc integro quinquennio subsistere, immobilia bona (qualia, nisi sint feuda jurisdictionem annexam habentia, possidere valent) vendere, ceteram supellestem, aliasque res asportare integrum sit, quin pro illis evehendis, vel in regnum invehendis tributum solvere teneantur. II. Plena religionis suæ libertate fruantur, & si in præcipuis utriusque regni Urbibus quadraginta hujus Nationis familiæ, aut viginti in ceteris oppidis numerantur, scholas aperire valeant. III. Eorum Rabbini in has familias tantam habeant jurisdictionem, ut in causis, nisi criminales sint, reos in exilium amandare possint. IV. Deputatum habeant Judicem, a quo ad supremum tribunal appellare valeant. V. Locus, ubi ad exercendos suæ religionis actus convenerint, duntaxat privatæ domus, non autem Ecclesiæ formam præferat. VI. Cunctos libros sive scriptos sive impressos

Sæc. XVIII  
 A.C. 1740. pressos ad eorum usum tenere, ac  
 vehere eis liceat, quin eos alterius  
 quisitionis, quam præfati Judicis  
 trio subjicere teneantur. VII. Non  
 assignetur separatus ad habitandum  
 cus, sed in urbibus & pagis, ubique  
 voluerint, habitare ac permanere libe-  
 rum sit. VIII. Pari cum Christianis  
 stitu, quin ullo signo ab eis distingua-  
 tur, uti Romæ & alibi moris est, uti-  
 tur. IX. illi, qui Medicæ arti incu-  
 bunt, ad Doctoratus honores in hac  
 cultate promoveri, & vel soli vel  
 Catholicis Medicis infirmos invifere  
 terunt, juramento tamen polliceantur  
 quod vel ipsum infirmum vel ejus am-  
 cos & notos de instante vitæ periculo  
 tempestive monituri sint, ut de animæ  
 salute cura haberi queat. X. Judæis  
 quoque licitum sit, Catholicos famulos  
 & ancillas ad servitia adhibere, ita  
 men, ut hæc saltem trigesimum  
 tum, isti vero vigesimum quintum  
 tis annum expleverint, & nec hi  
 illæ sine speciali Diæcesani Episcopi  
 centia in Judæorum ædibus aut do-  
 miant, aut pernoctent &c.

Enimvero Proceres, Nobiles, cives  
 omnisque populus ob tam incircum-  
 ptam perfidæ gentis libertatem primo  
 in secretas, ac demum in publicas, esse

que acerrimas indignationes prorupere, Sæc. XVIII.  
 iniquissimo ferentes animo, quod huc- A. C. 1740.  
 usque nulli Nationi exteræ quinquage-  
 narii domicilii favor fuerit concessus:  
 præcipue vero Episcopi omnesque Cle-  
 rici regulares e sacris pulpitis damna,  
 quæ ex promiscuo hujus gentis confor-  
 tio in Religionem Catholicam, commis-  
 sumque sibi gregem redundatura essent,  
 summo verborum ac rationum pondere  
 exposuerunt, atque inter eos quidam  
 Ecclesiasticus Regem, dum solus in Ca-  
 po di Monte agebat, quæsitâ opportu-  
 nitate adiit, eique Apostolica libertate  
 declaravit, fidei puritatem periclitari,  
 & fideles Regis subditos perversionis  
 periculo exponi, proinde Regia pietate  
 tantum sibi polliceri, Regiam suam Ma-  
 jestatem propositas eorum querelas &  
 rationes æqui bonique consulturam. Ast  
 Rex indignabundus respondit, ipsum  
 frustra ejusmodi querimoniis tempus  
 perdere, proinde sine mora facesseret:  
 Paulopost Rex illum exilio multabat,  
 ac militiæ Tribunum, qui contra Regis  
 Ministros, & præcipue contra Pancor-  
 bium natione Palatinum, præcipuum  
 hujus innovationis promotorem liberius  
 obloquebatur, custodiæ dari jussit. Hac  
 tamen severitate adeo non querelarum  
 finis obtinebatur, ut Clerici & Regula-  
 res, atque inter eos præcipue Domini-  
 ca-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

canus, & quidam Jesuita in suis ad pulum sermonibus, grave malum verso Regno impendens prælagire palamque declararent, certos se quod sua libertate Regis indignatione incurrerent, prævalere tamen Dei fam. Religionis honorem, ac popululutem, seque paratos esse, suam quovitam publicæ incolumitati litare: quæri Judæorum conversionem & amam, sed duntaxat sordidum lucell & questum ex eorum lana & lacte sine Religionis dispendio &c. Ast acriori ira incensus prohibuit, ne Regulares e Monasteriis suis exire aut pulpitem conscenderent: Ordine vero Superioribus præcepit, ut curarent, ne eorum Concionatores Ecclesiis debitam moderationem transgrederentur, aut contra privilegia dæis concessa vel verbulo declamarent. Nec his contentus Rex, cum præcites Judæorum familias regnum immensis divitiis locupletari, & commercio magnis incrementis protendi speraret non modo insuperhabitis populi quælis Judæos undique accersivit, sed etiam die septima Aprilis ejusdem anni suum Administratorem Josephum Timochinettum cum ipsis quoque Turcis sedus ac tractatum liberi commercii navigationis iniit, obtinuitque, ut Co-

sule in præcipuis Ottomanici Imperii Sæc. XVIII.  
 emporiis constituto, utriusque Siciliæ A. C. 1740.  
 subditi libero suæ Religionis exercitio  
 fruenterentur. His quoque utrinque fir-  
 matis paulopost Turcici Imperatoris Le-  
 gatus cum splendido comitatu Neapo-  
 lim pervenit, a Rege sigularibus hono-  
 rum ac benevolentia signis exceptus.

## §. XX.

*Religionis Catholicæ status in Pos-  
 nania.*

Interea Theodorus Comes de Czarto-  
 ryski Posnaniensis Episcopus de im-  
 moto suo Religionis Catholicæ studio a-  
 deo nihil remisit, ut succis sectario-  
 rum viribus veræ fidei incrementa pro-  
 curaret. Opportunam ei occasionem  
 suppeditabat Franciscus Lodzia Ponins-  
 kius Posnaniensis Dapifer & Kopani-  
 censis Capitaneus, qui memor, Luthe-  
 ranos, postquam centum abhiac annis  
 Sueci totum oppidum in cineres rede-  
 gerant, tunc potentia prævalentes suæ  
 sectæ sanum pro arbitrio ædificasse, &  
 quidem in eodem loco ac fundo, ubi  
 ante incendium Ecclesia Catholicorum  
 fuerat erecta, illam pristino suo Domi-  
 no & Catholicorum usui restitui cura-  
 vit. Æquissimo huic conatui suffrage-  
 batur strenue Episcopus & Regia Pos-  
 na-



Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

Posnaniensis Curia, totis tamen viribus  
obstiterat Lutheranus præfati Temp  
Patronus nomine Kalkreiter, qui nihil  
intentatum inausumque reliquit, ut  
in iniqua illius usurpatione tueretur  
prævaluit tamen causæ æquitas; quæ  
propter anno priori Curiaë judicio dec  
sum, ut intra præscriptum tempus  
juxta præstitos sumptus novam pro C  
tholicis Ecclesiam ære suo funditus eri  
geret, ac deinceps pro ejus conserva  
tione & Ecclesiæ apparatu quotannis  
trecentos Polonicos florenos suppedita  
ret, secus bonorum participatione præ  
vandus: quod vero attinet fanum Luthe  
rani demolitionem ab Actore præten  
pænasque, si hoc fanum rursus extru  
retur, incursum, Curia sic pronun  
vit: Quoniam tam ex documentis, quæ  
ex inquisitionibus deductum est, hocce fa  
num ante Constitutiones, quibus fanum  
existentibus pro tunc & in post declar  
sunt, in bonis Przytoczna existisse, pro  
inde non posse Magnificum Poninski Do  
miferum Posnaniensem eandem demoliti  
nem prætere, Judicium arbitratu  
in fanum ad mentem Constitutionum  
gni uti toleratum, ita & in futurum to  
lerandum esse vult & declarat, ne tam  
id quispiam restaurare præsumat, judicium  
injungit, sub pænis per Regni Consti  
tiones interpositis decreti præsentis vigore.

Hoc ipso tamen anno Lutherani novam concitarunt litem: Illius occasio erat hæc: postquam enim nupero Posnaniensis Curiae decreto Lutherani novam Catholicis Ecclesiam erigere iussi erant, Regii Deputati locum ad hanc fabricam idoneum selegerunt, solis tamen Lutheranis pro more suo minus acceptum; causabantur enim, in eo loco multa suorum corpora fuisse sepulta, ea ergo exhumari necesse fore: hoc suo prætextu tam importunos conflarunt motus, ut tandem Curia aliam, ut vocant, *Commissionem* eo decerneret, ac statueret, novam Catholicorum Ecclesiam omnino in præfato Pago esse extruendam, in alio tamen loco; Lutheranorum vero cæmeterium deinceps penitus devastatum relinquatur, nec ex Lutheranis incolis ullum cadaver ibi sepeliatur. Vix decisa hac lite rursus nova Lutheranorum querela auditur, & quidem contra eundem Franciscum Ponskium Kopanicensem Capitaneum, quem potius ob intempestivum favorem eis jam dudum exhibitum speciali gratitudinis sensu colere debuissent. Hic enim ad eorum preces jam anno hujus sæculi vigesimo secundo ad privatum sectæ suæ cultum Ecclesiam in Superioris Prætorii sui parte erigendi facultatem dederat, concessio hoc diplomate:

*Hist. Eccles. Tom. LXXVII. Q. In-*

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

Sæc. XVIII. A. C. 1740. *Infra scriptus omnibus, quorum inter-  
premissa mea veneratione, notum testatur  
que facio, supplicasse mihi Oppidanorū  
panicenses a fide Catholica dissidentes, quos  
tenus iisdem Prætorium, sive Curiam  
bus oppidi mei necnon devotioni fidei  
catholicæ subserviens, proprio sumptu  
gi de nova radice permitterem. Quæ  
consulendæ commoditati Oppidanorum  
panicensium prædictum Prætorium seu  
riam ea, qua fungor potestate ita  
permisi, præsentibusque permitto, ut in  
feriori hujus Prætorii parte Oppidanorū  
Kopaniceses de rebus ordinem domi-  
cum, civitatemque concernentibus agere,  
superiori vero parte fidem A catholicorū  
profidentes devotioni suæ PRIVATE  
gidus Regni & Constitutionibus com-  
vacare possent. In cujus fidem cum  
positione Sigilli manu propria me subscri-  
bo. Datum Kopanice An. 1722.  
Januarii.*

FRANCISCUS PONINSKI

Attamen Lutherani hac gratia ab-  
utentes privatum suæ sectæ exercitium  
nonnisi precario permissum ad publicum  
cum cultum extenderunt, quapropter  
Kowelschius Præpositus eis severe inhi-  
buit, ne deinceps in Prætorio exili-  
matæ suæ Religionis actus exercerent  
unde factum est, ut Lutherani rursum

ad dirutum suum Braxatorium reverti Sæc. XVIII,  
 cogere, auctis vero indies Catho- A. C. 1749.  
 licorum querelis contra sectarios de-  
 mum anno priori per Regii Tribunalis  
 decretum omnino statutum fuit, ne de-  
 inceps ullo in loco Lutherani Religio-  
 nis suæ cultum peragerent; moxque  
 clauso eorum fano Christianus Fiebig  
 ex Prædicantibus ibidem officio functis  
 septimus in exilium demandatus est.  
 Illustrissimus quoque Princeps ac Regni  
 Primas Sezembek Gnesnensis Archie-  
 piscopus totus in eo erat, ut sectariis  
 omnia loca ad Religionis suæ exercitium  
 destinata in sua Diæcesi adimeret, &  
 Camencensis Episcopus per suum Offi-  
 cialem, qui a Lutheri secta ad fidem  
 Catholicam reversus erat, Ecclesias &  
 scholas Pempersini & Nichorii adhuc  
 exstantes claudi iussit, utroque Prædi-  
 cante Davide Rosenau, & Ægidio Fal-  
 cke officio motis: idem fatum subiere  
 Lobesenciana in Kalischensi Palatinatu,  
 & Grunoviensis Ecclesia, ad quam indi-  
 cta ducentorum Ducatorum multa ac-  
 cedere Lutheranis vetitum hocque anno  
 die nona Octobris utrumque fanum oc-  
 clusum fuit.

## §. XXI.

*Varie turbæ in Lutheranorum  
 Ecclesiis.*

Q 2

Quan-

Sæc. XVIII. Quanta animorum contentione,  
 A. C. 1740. nionum, diversitate & dissensionum, diver-  
 titium pertinacia Frederici Guilelmi

Vid. supra l.  
 76. p. 143.

russæ Regis edictum de abrogandis  
 theranæ Ecclesiæ ceremoniis fuerit  
 agitatum, jam supra meminimus; ne-  
 paucos enim, qui sese præceptis  
 litioni opposuerunt, suorum Fratrum  
 auxilia & amotiones ab officio a  
 ndis hisce ritibus non absterrebant,  
 se contrario illos ceu Diaboli inventum  
 superstitionem, & abominandas  
 christi reliquias detestabantur: inter  
 præcipue omnes debitæ moderatio-  
 ac prudentiæ limites proterve præ-  
 gressus est Christophorus Raab  
 ranus Theologiæ Professor Tuisburgensis,  
 sis, qui hoc anno in læm rapit  
 edidit, sub hoc titulo: *Vetus & in-  
 cussa fidei Confessio quorundam ex-  
 stantibus sine eorum culpa exosis.*  
 Auctor §. VII. omne maledicentia  
 ritus, sed etiam seposita omni reveren-  
 tia coronatis verticibus debita in  
 dam Principes ad fidem Catholicam  
 Lutheri fermento emersos pleno  
 effudit; cuncta, quæ rabidus hic  
 impudenti ore evomuit, huc refer-  
 honestas prohibet, pauca adducere  
 abs re erit, ut ex ungue leonem,

egregiam Præconum tolerantiam in Ca- Sæc. XVIII.  
tholicos cognoscere, pronum sit. A. C. 1740.

Jam ante reformationem scribit hic blatero, hi homines (scilicet ejusdem cum eo fursuris) probris afficiebantur, & non modo a Papistis magis quam ceteri Protestantes fuerunt acerrime infectati, sed nequidem ipsos etiam Protestantium manus & injurias effugere potuerant. Ex hoc speciali Sathanæ ejusque instrumentorum, nempe nigrorum Pfaffen Sacrificulorum invidia sæpe cognovi, ingens latere bonum, adversus quod Sathanas & præcipui ejus Ministri vel maxime odium suum exerunt, Nigri hi Sacrificuli, inquam, id est Jesuitæ inter Papistas, & hypocritici Prædicantes inter Protestantes: eos enim, qui inter nos probatæ sinceritatis sunt, ex corde diligo, nec ullo modo impeto: quandoque tamen mihi videtur, necessarium esse, ut Evangelici Ministri in nigro habitu incedant, sicut juxta 2. Reg. cap. 23. v. 5. a pio Rege Josia abrogati כַּמְרִים nigri idololatri- ci Sacerdotes Baal: cum enim hic color meo videri valde incommodus & pretiosus sit, hinc sine scrupulo uti possunt alio colore, dummodo aliunde modeste vestiantur, & ad aliorum exem-  
Q 3 plum

Sæc. XVIII. plurimè pariter suas conjuges & proles ad  
A. C. 1740. id adigant, ut potius reali modestia &  
 debita morum decencia, quam exteriori  
 habitu tanquam veri Pastores sese dis-  
 tinguant: magis tamen inter Lutheranos  
 Præcones culpandi sunt illi impro-  
 dentes, qui ad horum genium pariter  
 eorum collaria fistulata gerunt, & luteam  
 nigram vel albam talarem vestem æge-  
 rime exuerunt, aut etiamnum exuerunt  
 cum tamen serio perpendere deberent  
 has ipsas vestes esse Antichristi tesseram  
 ab eo ad illos derivatam, & in hac ve-  
 ste maxime horrendam idololatriam  
 Missæ sacrificio peragi, ubi sub pe-  
 na capitis etiam iis, qui secus creditur  
 præcipitur, cultu latriæ illud adorant  
 quo vescuntur: quale tamen scelus  
 ipsa Romana gens præcepit, proinde  
 ipsa Antichristiana Roma etiam  
 vindicatur. Igitur ejusmodi homines  
 si tamen vere Evangelici sunt, reflectere  
 re deberent, hoc ævo summopere pe-  
 riculosum esse, tot ceremonias & Anti-  
 christi reliquias in publico Dei cultu  
 & habitu tam pertinaciter ex Papa  
 retinere, cum tamen ea vivamus ævo  
 te, ubi dulcius Christianus chorus re-  
 sonet, & Papa per suos Commissarios  
 jam hunc jam illum ex Protestantibus  
 Principibus in casses suas attrahit,  
 ad summopere abominandam idolola-  
 triam

triam Ethnica longe magis horrendam inducere conatur &c.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

Duriora adhuc convitia in Principes potentissimos Religione Catholicos maledicus hic homo livido suo calamo congeffit, quibus tamen honesti Lectoris animum & aures offendere, haud decet, ut tamen ejus stupiditas magis elucescat, ex plurimis hæc pauca addam. Si, prosequitur ille, subditi in Saxonia ad Papisticam superstitionem & idolatriam sensim inducentur (quod certo certius eveniet; nosco enim Papistarum spiritum) nonne tunc male consultæ cruces, imagines, ritus & Antichristi tesseræ ipsos in graves conscientiae angustias propter hominum seductionem redigent? Memini me in Gilberti Burneti itinerario legisse, quod quidam Theologus Argentinensis non multo postquam Ludovicus XIV. per proditorias suas fraudes hanc urbem sua libertate exuerat (nam nulli Papistico Gallico Principi unquam Protestanticus Princeps vel status fidere potest) sibi tum Argentinæ agenti angustiarum plenus & sub Papistico jugo gemens dixerit, id sibi adhuc solatii reliquum esse, quod tempore reformationis Argentinæ pauciora, quam in Saxonia de Papismo fuerint retenta, proin rudem



Sæc. XVIII. dem plebem Argentinæ non tam facile  
 A. C. 1746. seducendam esse &c.

Verum stolidi hujus convitiatorum  
 impudentia ipsis etiam Protestantibus  
 adeo stomachum movit, ut religionis  
 suæ capita tam insulse ac stupide con-  
 vellere, & Regum ac Principum Majes-  
 tatem seposita omni reverentia super-  
 Reſtoribus debita tamque indignis  
 dendisque calumniis a tam vili homi-  
 ne proſcindere tolerare haud poſſent  
 quocirca publicis etiam ſcriptis eide-  
 reprobrabant ſcelerata ſua ſcommu-  
 nicationibus quibus dogma de reali Corporis & Sa-  
 guinis Chriſti præſentia in Eucharis-  
 tia non modo contra Catholicos, ſed  
 quoque Lutheranos impetere auſus  
 eis ſtulte objectans hæc Ciceronis  
 De natur. Deorum lib. 3. c. 16. *ba: Ecquem tam amentem eſſe putas,  
 illud, quo veſcatur, Deum credere?*  
 Quis enim credidiſſet publicum &  
 dem primarium Theologicæ Facultatis  
 Profefſorem in craſſa rei etiam tyro-  
 nis notiffimæ ignorantia veſari, ac  
 ſcire, Ciceronem de illis locutum fu-  
 idololatris, qui frumento nomen  
 reris, & vino nomen Bacchi attribue-  
 runt, & utrumque, quo tamen veſce-  
 bantur, Deum eſſe crediderunt. Quod  
 ergo hæc Ciceronis verba ad caſum  
 Dominicam, in qua verum Chriſti

*De natur.  
 Deorum lib.  
 3. c. 16.*

pus & sanguis manducatur & bibitur, Sæc. XVIII. A. C. 1740.  
 isque, cujus corpus sumitur, Deus ve-  
 rus est, & esse creditur juxta expressum  
 Christi effatum? Ast egregius hic Do-  
 ctor nequidem extimis labiis sacræ scri-  
 pturæ eloquia unquam degustasse vide-  
 tur, secus enim adeo proterve le-  
 gitimos Reges ac Principes probris ac  
 maledictis lacerare ausus non fuisset,  
 memor divinæ prohibitionis: *Principi* Exod. 22. v.  
*populi tui non maledicas,* & illud: *Tu* 28. Jac. 4.  
*autem quis es, qui judicas proximum,* & v. 13. Luc. 6.  
*Nolite judicare, & non judicabimini, no-*  
*lite condemnare, & non condemnabimini.* v. 37.

Ea vero, quæ insulsus hic Aristar-  
 chus de Saxonum ritibus Ecclesiasticis  
 sagillabat, tantopere bilem cuidam Lu-  
 therano moverant, ut in sua ad Ami-  
 cum epistola eum his verbis perstringe-  
 ret: Quid hic Auctor (Raab) contra ritus  
 Ecclesiæ somnia &, conicere nequeo,  
 utique hi ritus intra legitimos terminos  
 circumscripti nec in collaria fistulata,  
 nec ad Antichristi principia degenerant,  
 nec ex his falsus aut titubans Christia-  
 nus efficitur; agitur potius de eorum  
 intentione, qui hos ritus vel retinere  
 vel eliminare volunt. Saxones in sua  
 religione Christiana adeo bene instructi  
 sunt, ut Professoris Tuisburgensis cor-  
 rectione minime egeant: dantur qui-  
 dem

Sæc. XVIII. dem ubique imbecilles & peccaminosi  
 A. C. 1740. a quorum classe certe non exemptus est  
 præfatus hic Professor: saltem Saxones  
 non tales sunt hypocritæ, & sacrilegi  
 sicut alii Lutherani, qui dum in reli-  
 gionum diversarum exercitio degunt  
 aut Catholicis vicini sunt, in despe-  
 ctum Catholicorum nequidem Dei Tem-  
 plum ex integro ædificant, multo mi-  
 nus in Dei honorem suas Ecclesias licet  
 tuis piisque imaginibus, quæ prudentes  
 Lutherani aliunde nunquam ad ido-  
 lolatriam inducent, exornant, Deoque  
 Altissimo in illis quoque locis, quæ  
 men sui nominis memoriæ dedicati-  
 sunt, nequidem hunc honorem exhibe-  
 bent, ut sese humiliant, sua genua  
 corpora flectant, cum tamen ejusmodi  
 honor soli Deo debeat: quantum ve-  
 ro ad Crucifixi imaginem, nonne ip-  
 met Protestantes Philosophi vel quæ-  
 superprudentes saltem super Altari  
 parvam Crucifixi imaginem collocant  
 si ergo hoc bono ex fine licet, major  
 Crucifixi imagines reprobare non  
 debet hic Professor; præterea nec ex  
 Crucifixo, nec ex Clericorum vestibus  
 idololatricum quid erui potest, nec ho-  
 rum usus, cum nihil Dei legibus con-  
 trarium fiat, prudentem, quales sunt  
 Saxones, in sua religione probe instruc-  
 tum Protestantem in suæ fidei constantia

flia turbabit, imo si Argentinensis il- Sæc. XVIII.  
 le Theologus Burnetus non firmitus, A. C. 1740.  
 quam ex rituum abrogatione, solatium  
 habuit, illum sane sat imbecillem fuisse,  
 necesse est &c.

Ceterum in superhabitis Prædicanti-  
 um querelis ac motibus Fridericus  
 Guilielmus Borussiae Rex horum ri-  
 tuum abrogationem urgere adeo non  
 destitit, ut etiam novam liturgiam in-  
 vexerit, & Consistoriales, ut vocant, san-  
 ctiones veteres ad normam novorum e-  
 dictorum, & Regiarum sanctionum ubi-  
 que immutari præceperit, statuens, ut  
 deinceps ad civilia officia promovendi  
 non amplius juramentum de Religione  
 præstare teneantur, exorcismus in Bap-  
 tismo omittatur, nullus a cæna Domini  
 propterea excludatur, quia prævie con-  
 fessus non est, dummodo Prædicanti  
 confessionis nummum das Beichtgeld sol-  
 vat, Evangelium non cantetur, sed di-  
 stincte coram Altari prælegatur, nullus  
 Præco quempiam auctoritate propria a  
 cæna arceat, in cæna verba institutio-  
 nis non cantentur, sed prælegantur, nec  
 casulæ, Albæ, superpellicea aut lu-  
 minaria adhibeantur: fornicantes ante  
 matrimonium, deplorato peccato, sine  
 censura ad cænam admittantur, æditui,  
 apud quos ebrietas invaluit, etiam car-  
 ceris

Sæc. XVIII  
A. C. 1740.

ceris pœna coerceantur &c. Notis  
hisce sanctionibus veteres in pluribus  
fuere immutatæ, eisque Prædicantibus  
indicta etiam amotionis pœna sese con-  
formare jubebantur.

Attamen post Regis obitum eius  
Successor Fridericus II. Rex Brandi-  
timæ admissiois Administro & Re-  
chenbachio Præsidi tertia Julii die huius  
anni in mandatis dedit, ut cunctos Præ-  
dicantes Berolini agentes coram Rege  
juberent, eisque declararent, Regem  
proprio motu omnibus sui regni Luth-  
ranis Prædicantibus liberum relinque-  
re, an in suis Ecclesiis casulas, superpe-  
licea alba deferre, in officio Divino  
Cæna in Altari luminaria rursus &c. a-  
cendere, vel horum rituum abrogati-  
oni super præceptæ insistere velint, præ-  
terea Regis Prædecessoris sui interdictum  
nitus abolitum esse. Gallicis quoque  
Prædicantibus significari voluit Re-  
gis eis licere, antea prohibitis talaribus  
denuo, dum concionantur, uti, si  
jecti eorum populi id exigant. Præ-  
terea idem Rex die sexta Junii promul-  
gato edicto statuit, ut deinceps sine  
dispensatione aut pecunia omnes etiam  
in gradibus prohibitis, nisi matrimo-  
nium in Verbo Dei scripto clare  
titum sit, conjungantur, eoquod epi-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

modi matrimonii prohibitiones & dispensationes hominum multiplicationi regno necessariæ obessent, proin nulli casus censeantur esse prohibiti, nisi a Moyse Levit. c. 18 & 20. expressi; inde vero Ludewigus Cancellarius Regno & Borussiae Provinciis tantam factam fuisse salutem gloriabatur, quanta hucusque nulli alteri Christiano populo obvenisset; ac propterea Deum, qui Salomoni prudenter agendi virtutem dedit, magnificabat. Non idem vero sensus erat Lutheranis Prædicantibus, qui in incestu dispensandi jure privati, partem salarii succisam dolebant; nec etiam cunctis Præconibus concessa ritibus ante triennium inhibitis utendi libertas arripit, censentibus nonnullis, eorum abrogationi insistendum esse: hanc quoque in rem quidam, qui se Lutheranis *bene affectum* nominat, hoc anno scriptum vulgavit, in quo I. demonstrare nitebatur, hos ritus non debuisse abrogari, Prædicantes vero immerito Regis sui mandato repugnasse, II. has cæremonias antea prohibitas nequaquam de novo esse invehendas. Primum his argumentis stabiliri sibi videbatur, quod hi ritus semel in Lutherana Ecclesia fuerint recepti, & quamvis ad fidei essentiam non spectent, imo insolens quicquam magis quam devotum præferant,

rant,

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

rant, diuturno tamen usu boni aut  
tem inculpati evaserint: tantam enim  
vim extraordinariæ rei etiam in religio-  
ne consuetudinem in hominum animis  
exerere, ut illas tandem irreprehensibi-  
les, bonas, imo & necessarias reddat  
v.g. exoticum quidem videri, Præ-  
cantem, qui alias etiam ministerio fun-  
gens, nigro habitu in foro comparere  
in publico officio Divino, in Cathedrali  
& in Altari alba tunica vestitum ce-  
nere, ad docendam plebem vocatum  
præsertim ea, quæ ceteroquin præ-  
deberent, decantantem audire, apud  
Cænam Dominicam plena meridie ca-  
delas accendere &c. nihilominus quod  
exoticum videtur, consuetudine fieri bo-  
num, imo ipsum Religionis essentialia  
esse quid insolens, hinc in ipsa hac in-  
lenti essentia fundari accidentale  
tuum insolens, cumque omnes & in-  
guli religionis essentialia ab accidentibus  
discernendo capaces non sint, & no-  
raro hoc utpote in sensus cadens, illud  
firmius inhæreat, hinc ejusmodi ritus  
non facile immutandos fore, ne rudi-  
res ob præconcepta sua judicia demptis  
accidentalibus a substantiali deficient, &  
imbecillis scandalum detur (\*). Hæc

(\*) Forte hic Auctor addere potuisset hanc  
ne forte ex prætextu mutati ritus factioſi an-  
tam

demum erant validissimæ, si Superis placet, rationes, ob quas hic Lutheranus Magister horum rituum abrogationem reprobavit, eas quoque adeo sublimes esse censuit, ut Prædicantium paucissimos, utpote vel tam acri judicio destitutos, vel *de contritione Joseph* haud anxios ob has rationes rituum abrogationi pertinacius obstitisse dubitet: ad id enim illos potius adductos existimat ex erronea persuasione, quod Calvinianus Princeps Lutheranis, etsi ejus subditi sint, in religionis rebus nihil prohibere queat, præcipue cum hi ritus paci Westphalicæ innitantur, timendumque, ne Princeps eliminata Lutherana sensim Calvinianam hac arte invehat: alios vero Prædicantes illarum urbium, ubi Calvinistæ Lutheranis imixti vivunt, abrogationi ideo repugnasse arbitratur, quia se Calvinistis accommodare iniquissimo ferrent animo, cum tamen Calvinistæ nihil de suis ritibus remittere, minus vero Lutheranos ritus adoptare velint, proin in Borussia Lutherani pejoris conditionis forent, ac

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

Ca-  
sam sumant, contra legitimum suum Principem seditionem movendi, uti olim Angli & Scoti sub hoc obtentu Regem suum Carolum I. millenis calamitatibus oppresserunt, & tandem etiam honore, sceptro & in ferali pegmate vita privarunt. Vid. supra tom. 60 & 61.



Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

Catholici, qui plena Religionis libertate ibi fruerentur. Præterea, inquit Auctor, Ecclesiasticorum reddituum Prætroni suis proventibus spoliari timebant ac propterea suos Præcones ad perturbationem resistenciam non modo stimularunt sed etiam eis panem ad dies vitæ prælicebantur, si forte ob obedientiam sacro ministerio a Rege amoverentur: id constare, aiebat Auctor, ex eo quia dum rumor invaluerat, Parochi rurales Curiis esse incorporandas, omnibus Parochis æquam salarii portionem assignandam, necnon locorum vana confessionis generalem abolitionem esse invehendam, inde Præcones potissimos suspicatos fuisse, rituum derogatione prælusum fuisse hisce innovationibus, ac propterea, quo magis quisque habebat proventus, eo ardentius abrogationi obstitisse, ne vel emiserentur, vel ut suum religionis vultum jactitarent, cum tamen non in gravioribus, ubi plus operæ præstitisset, defecerint &c. Ex his intelligit Auctor, indecens fuisse, quod Præcones ob ritus ad Lutheranam fidem pertinentes, & vero bono & ædificatione destitutos suo Principi non sine publico subditorum scandalo restiterint, & tam sinistram de suo Principe opinionem præverint, qui tamen post abrogatos ritus

disertis verbis declarasset, suæ mentis Sæc. XVIII.  
 non esse, unionem inter Calvinistas & A. C. 1740.  
 Lutheranos invehere &c.

Nihilominus idem Auctor censuit, novi Regis gratia non esse utendum, proin hos ritus de novo non esse introducendos, quia nunc post triennem eorum abrogationem populo haud amplius insolitum videtur, Prædicantem in nigro habitu cernere, cænam sine lumine peragi, preces non cantari, sed duntaxat prælegi, aliunde populum abrogationi acquievit, & solos Prædicantes tumultum concitasse, imo rusticis magis arridere, quam a Præcone cantus imperito decantari, & pecunias in luminaria impendi &c. ac propterea quosdam rusticos in risum effusos fuisse, cum Præcones ob recens in vectum candelarum usum coram Altari festivum dedicationis sermonem cum majori tripudio habuissent, ac quondam Betfamitæ de arca e Philistinorum manibus erepta triumphassent. His præterea addidit Auctor, Regem in suo decreto haud obscure insinuasse, sibi, relicta quamvis cuilibet libertate, haud ingratum tamen fore, si rituum abrogationi insistatur, sicque saltem in cæremoniis Lutheranos inter & Calvinistas consensio foret, proin Lutherani eliminarent.

*Hist. Eccles. Tom. LXXVII. R. quod*

Sæc. XVIII. quod ipfismet onerofum, Calvinianum  
 A. C. 1740. scandalofum, & ad religionem penitus  
 nil conducens est. E contrario autem  
 fi concessa libertate Lutherani abro-  
 tos ritus denuo invehere molirentur  
 timendum esse, ne Rex haud temere  
 fufpicaretur, contra fe a Lutherano  
 etiamnum finiftram opinionem fore  
 perinde ac fæcorum bonis, redditibus  
 religioni infidiaretur, proin necesse est  
 ut huic malo ceu antemurale confu-  
 tem rituum ufum opponerent &c.;  
 hilominus tamen in variis Lutheran-  
 rum Ecclefiis diverfus erat horum  
 tuum ufus; in aliquibus enim ju-  
 concessam libertatem hæ cæremonia  
 fuere rurfus invectæ, in aliis per-  
 citer eliminatæ, proin nec conformi-  
 revocata, nec priftini diffidii mater  
 fuerat penitus sublata.

## §. XXII.

*Controverfia circa jus nominandi  
 ter Abbatiam S. Maximini & Co-  
 mites de Grumbach  
 agitata.*

Jam anno Chrifti fequentefimo quad-  
 gefimo tertio Dagobertus Galliarum  
 Rex Memiliano decimo tertio Abba-  
 tum Ordinis S. Basiliæ & Monafterio S. Ma-  
 ximini Treviris extra muros fito præ-



Sæc. XVIII. quartum tradita fuit. Anno autem re-  
 paratæ salutis millesimo ducesimo  
A. C. 1740. trigesimo primo Henricus tum Abba-  
 jus nominandi ad hanc Parochiam  
 transtulit, ac postea feudi nomine  
 Monialibus Levenbruckenſis Asceterii  
 hodie ad S. Annam ceſſit. Hæc ergo  
 hujus conſeſſionis continuato jure  
 que ad inſauſta Lutheranzæ reformatio-  
 nis tempora ſemper Clericum pro Thalfan-  
 fangenſi Parochia nominarunt, que  
 poſtea Abbas ad S. Maximinum Tre-  
 renſi Archidiacono præſentavit. Poſt  
 quam vero Franciſcus de Sickinger  
 quem Lutherus ad ſacrorum ruinam  
 vaſtitatemque ſat idoneum ſibi conſe-  
 vit, nobiliſſimum hoc S. Maximini mo-  
 naſterium triſti incendio penitus  
 cremaverat, diſperſis Paſtoribus  
 voraces Catholicum gregem invaden-  
 & Religioſorum bona ac jura deſpo-  
 cæperant: nihilominus tamen decimo  
 quarto poſt anno Abbas pro antiquo  
 jure Catholicum Sacerdotem Joannem  
 Römer ad præſatam Parochiam nomi-  
 nabat. Ad mali cumulum præterea  
 acceſſit, quod etiam circa annum re-  
 paratæ ſalutis milleſimum quingente-  
 ſimum quinquageſimum Kyrburgenſes  
 naſtæ Eccleſiaſtici ſpolii aucupio pe-  
 cti Lutheri nomen darent, ſibi que  
 patronatus in Thalfanganam Parochiam

violenter asserent: & præcipue Otto I. **Sæc. XVIII.**  
 Kyrburgensis Comes Lutheranus ejecto **A. C. 1740.**  
 præfato Römero Bebenum Luthera-  
 num subrogaret. Igitur postmodum ex-  
 tincta postmodum Kyrburgensi linea  
 Grumbacenses Rheingravii in eadem  
 quoque jura pari violentia involabant,  
 contra quos tandem Abbas S. Maximi-  
 ni apud Cæsareo-Aulicum consilium  
 Viennæ anno Domini millesimo quin-  
 gentesimo octogesimo litem movit, ubi  
 per quadraginta octo annos hæc quæ-  
 stio agitabatur: Utrum Rheingravius in  
 vim pacis Passaviensis, cum post illam  
 Talsangensi Parochiæ usque ad annos  
 1580. & 1590. Catholicus Sacerdos  
 præfuerit, etiamnum loco Lutherani  
 a Monasterio denominandi Catholicum  
 recipere ac tolerare teneatur (\*). At-  
 tamen motis interim novis difficultati-  
 bus, querelis ac controversiis hæc lis  
 indecisa remansit, nilque reliquum Ma-  
 ximinensibus fuit, nisi ut interposita  
 protestatione sua jura sarta servarent, &  
 Lutheranum Candidatum præsentarent:  
 R 3 ubi

(\*) Observandum, quod Lutherani Comites  
 sicut ab initio jus Patronatus Abbati contro-  
 vertere non ausi fuere, sed tantum jus nomi-  
 nandi via facti sibi attribuerunt, ita erescente  
 eorum potentia an. 1634. nequidem a Patrono  
 consensum & confirmationem petierint.

Sæc. XVIII. ubi vero anni prioris die undecima Septembris Abraham Schneider Thallangensis Lutheranae sectæ Præco obierit Catholicus Büttlichanus Parochus Böckingus Trarbacensis Civis pro defuncti Filio deprecabantur; horum precibus inclinatus Willibrordus abbas Candidato, qui die decima Septembris advenerat, obtinendæ Parochiæ spem fecit, adjecta tamen legem ut infra quindecim dies factæ gratias teras a Monasterio impetrare satageret. Interim vero Carolus Guilielmus Comes de Grumbach secta Lutheranus eandem Parochiam Joannem Christinum Münch eidem Abbati, utpote hujus Ecclesiæ Patrono commendabat, cui tamen Abbas respondit, sibi jam parochiam commendatam fuisse præfatum Schneiderum, hunc etiam in mæstæ Viæ ac Matris solatium jamjam a se negatum debitique concessionis factæ teris provisum fuisse. Tum vero Lutherani nil intentatum inausumque reliquerunt, ut sese in usurpato jure tuerentur durioribus verbis Schneiderum impediunt, importunas preces ac sollicitationes ipsum interposuisse accusant, & legitime vocationis defectum eidem obijciunt, ipse etiam Comes iteratis literis Abbatem ad juris sui cessionem

licitat (\*), ac demum eidem declarat, Sæc. XVIII.  
 se pacis amore paratum esse, quotan- A. C. 1740.  
 nis annum jus *camerale*, seu censum  
 Parochialium aliquot modiorum fru-  
 menti daturum, dummodo Monaste-  
 rium S. Maximini jus Patronatus in  
 hanc Parochiam sibi competens in Co-  
 mites Grumbacenses transferre vellet,  
 id enim solemne esse aliis Catholicis  
 Patronis ac Monasteriis erga Luthera-  
 nas Parochias. Ad hæc exhorruit Ab-  
 bas, ac die decima sexta Decembris  
 perhumane Comiti reposuit, se ex prin-  
 cipio honoris ad Schneiderum in con-  
 cessa sui nominatione tuendum adstrin-  
 gi. His tamen minime absterritus Co-  
 mes per Münchium Parochialia munia  
 usque ad litis decisionem exerceri præ-  
 cepit, & Schneiderum concionandi fa-  
 cultate interdixit. Id vero haud ultra  
 tolerandum ratus Abbas P. Damianum  
 Dhume Monasterii Priorem unacum no-  
 vo Curione ad Imperialis Cameræ ju-  
 dicium hoc anno exeunte Mense Janua-  
 rio ablegavit, qui etiam promotus libel-  
 lo supplici die decima quinta Februarii  
 petebat, ut expediretur *mandatum pæ-  
 nale de non amplius turbando Monasterio*

R 4 S.

(\*) Casimirus Comes jus Patronatus, &  
 saltẽm Abbatis consensum huic Monasterio ini-  
 que fuisse denegatum agnoscens anno 1639.  
 Patroni consensum expeti voluit.



Sæc. XVIII. S. Maximini in possessione vel quasi  
 A. C. 1740. Patronatus, nec impediendo neo-procuratorum  
 Parochum in exercitio aduum Parochia-  
 lium &c. Æquissimis hisce precibus  
 annuit Judicium Camerale, & Oratoribus  
 etiam die duodecima Martii Grævis  
 Comiti insinuatam fuit, ac tandem  
 an. 1740. die 23. Dec. per Camerale  
 sententiam a Besserero Comitis Man-  
 tario petita *exceptio fori præventi* &  
*tionis actorum* denegata est. Inter  
 vero Schneiderus ad Giessensem con-  
 tendit Universitatem, ubi a Liebknecht  
 to & Rollano Facultatis Theologicæ Pro-  
 fessoribus pro more examinatus, atque  
 inspecta Patroni sui Abbatis nominatio-  
 ne in Parochiali Ecclesia ad S. Pancratium  
 per præfatum Liebknechtum in  
 quam superintendentem in Thallange-  
 sem Parochum ordinatus fuit, & quæ  
 vis Lutherani per plures annos in  
 sectæ Parochos intruserint, reclamatio-  
 bus tamen semper Abbatibus nunquam  
 in quieta usurpati juris possessione reman-  
 sere, sed illæsum jus nominandi & con-  
 mandandi vi juris Patronatus apud Mona-  
 rium fuit conservatum, & ab Abbatibus  
 etiamnum jure petitur ob non doctam  
 factam partitionem & enixum non parum  
 animum mandatum acrius cum declaratio-  
 pœne & condemnatione in expensas.

## §. XXIII.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.*Status Religionis Catholicæ in Persia.*

Hoc item anno Ecclesia Catholico-Ro- *Vid. supra*  
mana in Perside uberrimam propa- *t. 53. p. 496.*  
gandæ fidei messem sibi pollicebatur;  
enimvero Patres Augustiniani jam sæcu-  
lo decimo quinto veram Christi Religio-  
nem in hoc regnum invehere, indefes-  
so studio adlaborabant, & Carmelitæ  
Discalceati publica Clementis VIII. au-  
ctoritate, solemnique Legatione in Per-  
sidem missi tam copiosos Apostolici la-  
boris fructus reportabant, ut Urbanus  
VIII. Papa P. Joannem Thaddæum a  
S. Elisæo ejusdem Ordinis Missionarium  
Abbæ Persarum Regi charissimum nomi-  
naret Aspahanensem Archiepiscopum,  
hancque sedem Carmelitano Ordini con-  
tinuata serie demandari vellet, nihilo-  
minus tamen continuis revolutionibus,  
cruentisque bellis Dominicus quoque a-  
ger dispersis quaquaversum Operariis  
sæde devastatus erat: postquam vero  
Kulicanus subacta Persia assumptoque  
*Schach Nadir* nomine sceptrum sibi soli  
vindicaverat, cœlestes satus revirescere  
videbantur; novus enim hic Rex reli-  
gioni Catholicæ & Missionariis haud pa-  
rum favebat, & Aspahanensem Archie-  
piscopum, qui illum Isphami in Palatio

R 5

fo

Sæc. XVIII suo unacum ceteris Viris Apostolicis  
 A. C. 1740. lutatum venerat, non modo perhoro-  
 rifice excepit, sed etiam speciale edi-  
 ctum promulgavit, vi cuius omnibus  
 Christianis plena religionis suæ libertas  
 indulta fuit. Attamen Armeni Catho-  
 licos Missionarios antea ubique disse-  
 sos impune Ispahamum reverti, ac  
 eos Catholicorum numerum augere  
 gerrime ferebant, ac propterea ac-  
 querelas ad suum Patriarcham mor-  
 bant. Hic igitur eorum sortem mil-  
 tus, Regii Nepotis, qui tum ables-  
 Kulicano rei summam moderabat  
 opem ac patrocinium implorat; dil-  
 titur ejus jussu ab Urbis Gubernatore  
 Armenæ nationis querimonia; audire  
 tur quoque Romano-Catholici, qui fore  
 agendi rationem nupero Regis editi  
 Catholicis æque ac Armenis propo-  
 tam egregie vindicabant, ut Regi  
 Princeps novo decreto præciperet, ut  
 mote standum esse Kulicani decreto,  
 Catholicos nullo molestiarum genere  
 afficiendos. Id quoque ipsemet Kul-  
 canus Ispahamum redux non modo  
 tum habuit, sed etiam Missionarios  
 tione Gallos, qui in ditionibus Bel-  
 partis agebant, de potenti suo patro-  
 nio contra omnes suos Adversarios ce-  
 tos esse jussit. Præterea sibi Religio-  
 nem Catholicam intimius quam Per-

cam cordi esse, non unico demonstrabat Sæc. XVI I.  
 specimine, præcipue vero hoc anno, A. C. 1740.  
 quo præcipuos suæ sectæ Popas eo fine  
 convocabat, ut hi de non paucis Ma-  
 hometanæ Religionis, prout eam *Ai*  
 Persarum Propheta interpretatus esset,  
 capitibus ac dubiis rationem redderent:  
 cum autem hi Regis desiderio adeo non  
 satisfacerent, ut potius vetera deliria  
 & somnia novis, iisque magis absurdis  
 commentis explanarent, suamque re-  
 ligionem Regi abominabilem redderent,  
 hic P. Guardianum Gallum Ord. F.F.  
 Capucinorum Ispahamum accersivit,  
 petiitque, ut sibi præcipua Religionis  
 Catholicæ mysteria exponeret, quæ  
 ipse ab ore hujus Missionarii non sine ma-  
 gna animi voluptate, & haud obscuro  
 beneplaciti signo avide excepit, mox-  
 que sacra Biblia in Persicum idioma  
 verti præcepit. Ea de causa celebriores  
 ex Catholicis & Armenis selegit,  
 quibus injunctum, ut eorum tres in se-  
 parato loco ad id destinato a vertendis  
 quatuor Evangelistis initium facerent,  
 ita tamen, ut quilibet sine alterius con-  
 cursu suam conficeret versionem: sibi  
 enim firmiter animo constitutum esse  
 ajebat, Christianorum Biblia cum Al-  
 corano conferre, & ex utroque libro  
 selectis, quæ magis pietati, sanæque  
 rationi consona viderentur, eclecticam  
 inde

Sæc. XVIII. inde religionem conflare. Id tamen  
 A. C. 1740. consilii haud immerito displicuit Catho-  
 licis; verebantur enim, ne vel Armeni-  
 cum in hoc regno divitiis ac numeris  
 prævalerent, potiores partes hac in re  
 obtinerent, vel Rex novam religionem  
 ex cunctis Orientalium sectarum erro-  
 ribus confarcatam omnibus suis subje-  
 ctis velut religionem patriam præferre  
 pturus esset. Verum, quod haud temere  
 suspicabantur Catholici, non evenit  
 nerat, vel quia Kulicanum rationes ha-  
 manæ a religione vera palam appro-  
 banda, & rejicienda Mahometana ab-  
 sterruissent, vel quod assiduo cum Tur-  
 taris bello distentus, priusquam religio-  
 nis reformandæ consilium effectui daretur  
 posset, septimo post anno Ispahani per  
 fida manu in suo palatio trucidatus  
 fuisset.

## §. XXIV.

*Caroli VI. gloriosissimi Imperatoris  
 obitus.*

Fatalis omnino hic annus fluxerat De-  
 mui Austriacæ, imo & universo orbe  
 bi Christiano ob mortem Caroli VI. Im-  
 peratoris invictissimi, qui die vigesima  
 Octobris anno ætatis quinquagesimo  
 quinto & uno Mense, Imperii vigesimo  
 nono ex viscerum inflammatione & re-

trograda podagra cum summo totius Europæ luctu obiit, Imperator vere magnus, primisque annis Gallorum & Turcarum terror. Natus is erat die prima Octobris anni a reparata salute millesimi sexcentissimi octogesimi quinti Augustissimis Parentibus Leopoldo Cæsare & Eleonora Philippi Guilielmi Palatini Electoris Filia. Horum vigili cura in teneriori sua ætate jamjam virtutes magnas ac Catholico Principe dignas hausit, atque inter eas hæreditario quasi jure singularem in Deum Eucharisticum pietatem, ac in Beatam Virginem Superosque venerationem, quam cum omnium disciplinarum tam liberalium, quam militarium, ac sublimiorum scientiarum diversorumque idiomatum peritia tam felici nexu conjunxit, ut tametsi inter quatuor Fratres suos nascendi serie ultimus esset, primus tamen imperio natus videretur. Verum in præclaris hisce excelsæ indolis ac ingenii prærogativis primas sibi in Carolo vendicabat fides integra, ardens religionis Catholicæ conservandæ ac propagandæ studium, Templorum, Divinorumque mysteriorum cum debita majestate frequentatio, & singularis erga Unctos Domini reverentia. Non dum annum ætatis nonum agebat, cum jam a Carolo II. Hispaniarum Rege au-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

rei

Sec. XVIII.

A. C. 1740.

rei velleris torque honoratus, & ab eodem in sui Successorem animo designatus Madritum venire rogaretur; demum vero anno Christi millesimo septingentesimo Hispania luctuoso fato Rege orbaretur, magna Procerum pars & universus populus non alium Successorem, quam Carolum alterum, ex eadem Augustissima prosapia ortum & dentissimis votis efflagitabat: Philippus autem Andium Duce vi testamenti clavum vocato universa ferme Europa diuturno eoque ardentissimo conflavit bello. Interim Carolus Viennæ & Romæ a Papa Hispaniæ Rex agnitus vixque annos octodecim natus per totam Germaniam alacriter properavit ac per procellosa & irata maria in Hollandiam, inde in Angliam ac denique in ultimas Lusitaniæ oras vela fecit tam horrenda tempestate jactatus, cunctis metu quasi exanimatis solus Carolus sibi jam tum præfagiente animo tanquam Cæsar, securus vehi videntur. Advenerat Ulyssiponem die nono Martii anno hujus sæculi quarto, quo invicta successionis jura publico scripto manifesta fecit: inde Lusitaniæ copiosus auctus, in ipsorum hostium conspectu in Cataloniæ fines penetravit, & die vigesima Julii biennio post Madriti in Monarchiæ Successorem renuntiatus

Barcinonam expugnavit, paulo post ta- Sæc. XVIII.  
 men in eadem Urbe a fæderata hostium A.C. 1740.  
 classe terra marique obseffus hæere  
 coactus est: demum vero pulsa classe,  
 ac terrestri exercitu in fugam acto vi-  
 ctrices ad Leridam, Tortosam. Gerun-  
 dam, totamque prope Hispaniam acies  
 suas in triumphum circumduxit. Po-  
 terat sane tunc, si unquam, Austriaca  
 fieri Hispania, nisi per fortunæ incon-  
 stantiam & Ductorum dissidia accidisset,  
 ut maturi victoriarum fructus aut non  
 colligerentur, aut collecti demum a-  
 mitterentur. Interea temporis anno  
 hujus sæculi undecimo Josephus Impe-  
 rator die decima septima Aprilis vario-  
 rorum morbo Viennæ decessit, unde  
 Carolus defuncti Frater non modo om-  
 nium Provinciarum hæres nativitatis ju-  
 re proclamatus est, sed etiam die secunda  
 Septembris in Catalonia, quamvis ad-  
 huc belligerans omnium S. R. Imperii  
 Electorum (excepto Coloniensi & Ba-  
 varo) suffragiis Imperator electus fuit.  
 Igitur quinta postmodum die Barcinone  
 solvens, ac suorum ferme humeris de-  
 portatus die vigesima secunda Decem-  
 bris Francofurti Cæsareo diademate &  
 anni sequentis die vigesima tertia Maji  
 Hungarico sceptro Posonii Rex exorna-  
 tus est, Clemente XI. Papa auspiciatis-  
 simam hanc electionem confirmante.

Hanc



Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

Hanc etiam fausto omine subsequēbatur  
 pax Badensis anno 1714. die septima  
 Septembris conclusa. Verum haud  
 diu Carolo ab armis cessare licuit; cum  
 enim Turcæ Venetis plures Insulas &  
 urbes, ipsamque Moream seu Pelopon-  
 nesum eripuissent, Imperator missis ce-  
 tum viginti quinque armatorum milia-  
 bus, initoque cum Venetis fœdere con-  
 tra juratos Christiani nominis hostes  
 bellicam expeditionem Christiano Prin-  
 cipe dignissimam suscepit, suisque  
 piis præfecit plurium victoriarum  
 roem Principem Eugenium Sabaudum  
 Ducem, cui imperialis Baculi loco  
 ream crucem cum hac epigraphe:  
*Jesus Christus Generalissimus*, porrexit, et  
 hortatus, ut peritissimi hujus Ducis  
 Ducis directionem in hoc bello ex-  
 sequeretur. Eugenius ergo in hoc  
 hostem devicturus, suos raro Christi-  
 anæ fiduciæ exemplo in aciem educens  
 die quinta Augusti ad Cailovidium  
 Petro-varodinum Turcas ingenti cla-  
 prosternit. Fructus tantæ victoriæ  
 Temesvaria sesquisæculo & amplius  
 immuni jugo oppressa, Panzova, Viena  
 lanka, Belgradum plurimæque alie  
 bes Cæsaris imperio gloriosissime re-  
 tutæ. Postea Eugenius Ottomanos  
 pacem ipsis non minus propudiosam  
 quam noxiam compulit: erepta

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

dem per id temporis ab Hispanis Sardinia, & Siciliae regnum potenter invasum est, sic tamen, ut Cæsaris hostes in ejus leges per pacem a Victore expressam jurare cogentur. Tot victoriarum trophæis vix sesquianni decursu erectis clarus Cæsar de religione Catholica in Provincias recens partas invenhenda sollicitus erat, eoque sine in Transylvania & Valachia novos Episcopatus erigi, & religionis dissidia a Protestantibus mota secundum leges Hungaricas tolli jussit: Domui vero suæ prospecturus, sanctionem Pragmaticam de futura successione a potissimis Europæ Principibus necnon ab Austriacis, Silesiis, Bohemis, Belgis, Hungaris & Transylvanis statibus acceptari & pro eadem sponderi curavit. Porro jam supra relatam, quam infausta forte bellum in Hungaria contra Turcas anno hujus sæculi trigesimo octavo gestum fuerit, unice suorum vel ignavia vel perfidia propudiosam pacem accelerante: inde piissimus Cæsar ob rei Catholicæ detrimentum tam immenso animi moerore afficiebatur, ut a fatali hoc momento haud amplius lætitiâ spirare videretur, ac demum Halbthurnii venatoria æde post brevem admodum infirmitatem mira æquanimitate & constantia inter continuas preces animam

*Hist. Eccles. Tom. LXXVII. S Crea-*

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

Creatori suo redderet. Princeps enim quem jure meritissimo magnum univ-  
 sus Orbis deprædicabat, quemque  
 stitia, clementia, magnanimitas, ali-  
 que animi dotes maximis Imperatoribus  
 comprobabant. Enimvero si singulis  
 quibus gloriosissimus hic Imperator  
 fulsit, virtutes recensere vellem, ultra  
 debitos fines excederet relatio, pauca  
 tamen ex plurimis potius delibare, quam  
 extollere æquitas postulat. Enim  
 præprimis solita pietate in Deum, quo  
 corde, oculis ac manibus ad cælum  
 vatis genuflexus tam in Templo quam  
 in suo cubiculo adoravit, præcipue  
 ro inter Missæ sacrificium, cui a de-  
 bus Sacellanis suis peracto quotidie  
 terfuit, humillimos ac ardentissimos  
 sectus effudit: conscientiam quoque  
 suam sacra exomologesi bis in quoque  
 Mense expiabat, ac toties animam  
 Divino Epulo inter tenerrimas lacrimas  
 ac pia suspiria resciciens Dominicæ  
 sionis mysteria non raro per plures  
 horas pia contemplatione recollere  
 fuetus erat: Filialem insuper more  
 friaco venerabundus Orbis in Car-  
 vidit & admiratus est venerationem  
 ga B. Virginem ac Deiparam, cui  
 potentissimo patrocínio se suaque regni  
 & subditos impense commendavit, &  
 stivosque Ejusdem dies maxima solen-  
 nitas

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

nitate ac devotione celebrari voluit; nec remissior erat ipsius cultus erga sanctos Cælites, inter quos S. Josephum totius Austriæ Patronum elegit, atque in ejus honorem affabre elaboratam statuam velut perpetuum gratitudinis suæ monumentum erigi curavit: denique imperiali decreto die vigesima secunda Aprilis an. 1729. S. Joannem a Cruce sui ac Augustissimæ suæ Familiæ Patronum nuncupavit, eumque inter Tutelares Civitatis Mantuanæ totiusque Ducatus Protectores numerandum decrevit: quæ augusta vota postmodum Benedictus XIII. Papa Apostolicis literis Romæ die 13. Augusti confirmavit, & Serenissimus Princeps Philippus Hasso-Darmstadianns Urbis statusque Gubernator hanc solemnitatem ex Cæsaris mandato ad diem duodecimam Decembris indixit, ingentique pompa & confluentibus pene innumeris deinceps quotannis celebrari jussit. Exstat quoque magnificum Cæsareæ pietatis specimen Templum S. Carolo Borromæo dicatum, & ob urbem a peste liberatam erectum. At vero de ejus liberalitate vere regia erga pauperes tam multa tamque magna sunt, ut eam hodiedum vel ipsa saxa & lapides celebrent: testes sunt quam plurimæ piæ fundationes, Nosocomia, Orphanotrophia, Va-

S 2

leta-

Sæc. XVIII. letudinaria, Leprosodochia &c. in quibus multa infirmorum, pauperum & miserabilium millia largiter quotidie curantur, a Carolo dotata, & partim recens erecta, partim aucta, aut restituta: testantur tot seminaria, tot scholæ Cæsaris munificentia apertæ, ut in juvenes derelicti, pauperes, suis Parentibus orbat in fidei præceptis liberalibus disciplinis instituerentur.

Quantus sane fidei cultor ac defensor fuerit Carolus, argumento esse poterit, difficillimis per Austriam & Hungariam temporibus orthodoxa religio ab eo constanter contra sectarios vindicata: cum enim Protestantes Rysvicensium clausulam abrogari, seque in Hungaria ultra permisos terminos extendere novasque Ecclesias erigere machinarentur, invicto pectore ita eorum consiliis obstitit, ut tamen, ne æquitas derideretur, eorum querelas discutere, quod justum esset, decerni juberet: omnium etiam hostium testimonio celebratur Carolus, quod æquali in subditos & externos favore causas amplecti consueverit, parique æquitatis lance accedere solitus fuisset, caute veritus, ne ad immeritos pæna, aut ad indignos spectarent præmia. Quare non raro dicere auditus est, *tam vere, quam Carolus*

vocor, *jus suum unicuique fiat*; paucis quoque ante obitum horis magna conscientiae fiducia testatus est, se non recordari, quod vel uni sciens volensque injuriam fecerit. Valuit praeterea ad tot tantasque virtutes inculcata morum integritas, divini judicii metus & praesertim per totam vitam illibate conservata castitas, cujus splendorem vel minima incontinentiae macula contaminatum fuisse, hucusque nequidem impudentissimi calumniatores asserere ausi sunt.

Nec oblivisci decet singularis benevolentiae, qua, aliunde aditu facilis, imprimis Eruditos Viros fovebat, eorumque consuetudine mirifice delectabatur; cum enim ipsemet non modo omnium Europaeis familiarium linguarum peritia excelleret, sed insuper politioribus literis ac praecipue Historiae Ecclesiasticae notitia probe excultus esset, ad rei literariae incrementum Viennae locupletissimam erexit Bibliothecam, necnon ad emendandas artes & scientias ubique ingenio ac eruditione clarissimos Viros conquirit, largisque praemiis ad doctissimas lucubrationes animavit. Id testificantur Antverpiani Historiographi, quorum vastissimum opus de actis Sanctorum Carolus Augustus

Saec. XVIII.  
A.C. 1740.

Sæc. XVIII. gustissimus Mæcenas amplissimis sub-  
 A. C. 1740. diis & clementissima munificencia libe-  
 ralissime promovit. Quid plura! vixit  
 & obiit vere *Imperator*, de quo sine om-  
 ni assentationis vel præfidentie suspi-  
 cione id, quod S. Ambrosius de Theo-  
 dosio Imp. dixit, affirmare ausim: *Ab-  
 solutus dubio certamine, fruitur nunc  
 augustæ memoriæ (Carolus) luce perpetua  
 tranquillitate diuturna, Et pro iis, qui  
 in hoc gessit corpore, remunerationis  
 vine fructus gratulatur. Ergo quia  
 lexit augustæ memoriæ (Carolus) Deo  
 num Deum suum, meruit Sanctorum  
 sortia.*

## §. XXV.

*Alii Principes atque illustres hoc anno  
 denati.*

Invictissimi hujus Cæsaris obitum  
 venerat inter Principes Ecclesi-  
 cos Joannes Franciscus ex antiquissima  
 L. B. Schenk de Stauffenberg familia  
 tus, primo Constantiensis, postmodum  
 Episcopus Augustanus, cujus Ecclesi-  
 jam anno hujus sæculi decimo quarto  
 Coadjutor datus erat. Hic die decimo  
 octava Februarii anno Christi supra mil-  
 lesimum septingentesimo quinquagesimo  
 octavo natus, ab illustrissimis suis Pa-  
 rentibus Joanne Jacobo & Maria de  
 We

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

Weisenberg virtutes cum lacte hauserat, ac cum primis avitæ religionis amorem, & propensam ad statum Ecclesiasticum indolem. Ingenium ei erat strenuum, sagax, atque industrium, quocirca in literarum palæstra suis Commilitonibus non modo palmam in studiis præripuit, sed ingentem de se conceptam spem minime fefellit; anno enim ætatis suæ decimo nono aggregatus Canonicus Collegio Constantiensi & quinto post anno mox Augustano, quicquid aut erat divinum, aut Dei cultum & Ecclesiæ decorem decebat, toto studio complectebatur, sequenti autem anno ad Capitularium Herbipolensium Confessum receptus, sua probitate, prudentia, morumque suavitate magnorum æque ac infirmorum studia tam feliciter adjunxit, ut anno hujus sæculi quarto die vigesima prima Julii in Constantiensem Episcopum & decimo post anno die undecima Junii in Augustani Episcopi Coadjutorem eligeretur. Ipse tum formam se gregis sui præbuerat ex animo tam virtutum exemplis, quam immoto Ecclesiæ jura tuendi studio; cum enim anno hujus sæculi undecimo Helveti Calvinistæ Episcopalem jurisdictionem in pagos in Helvetia sitos imminuere attentarent, Episcopus causam suam ad Electorale Collegium detulit,



Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

tulit, ipseque Viennam profectus  
tinuit, ut Cantonibus die secunda Ob-  
bris præciperetur, ne deinceps Episcopi  
pi jura præsertim in Imperiali territo-  
rio sita violare præsumerent. Partem  
tiam felicitate dissidium ob Imperii  
triculam cum Wirtenbergenli Duce  
ortum composuit. Alterum in  
hujus Episcopi opus erat Mersebur-  
gense seminarium a fundamentis erectum  
necnon Dilinganum Athenæum ad pu-  
licam scholam erectum, clarisque  
terarum Magistris instructum, ex quo  
quamplurimi Viri literis sacrarum  
instructi ad arenam æque sacram  
profanam prodire. Inter præcipuas  
vero curas reponebat Joannes Fran-  
scus non modo populi, sed præcipue  
Cleri sui mores publicos, pro quorum  
emendatione sæpius suas Diæceses  
Apostolico prorsus Zelo iustravit; per  
raque tam ex usu reipublicæ sanxit, quam  
pro confirmando in melius Clero fructum  
condidit egregia. Huc pertinet quoque  
que prudens consilium, quo de seminari-  
orum utilitate necessitateque habitum  
& in Ottonis Truchsesii Cardinalis  
do contentum sermonem novo præ-  
subjecit, ipseque Dilingæ ejusmodi  
seminarium erigere cæpit, quod tamen  
morte præventus absolvere non potuit.  
Præterea summo Numini multa de

ria Tempia dicavit, & Parochiales do-  
 mus, aliaque ædificia ad publicam uti-  
 litatem magno sumptu aut e fundamen-  
 tis recens extruxit, vel splendori ac fir-  
 mitati pristinæ restituit, vel novo etiam  
 cultu exornavit. Hic locus fert, ut ex  
 plurimis pauca de ejus virtutibus, qui-  
 bus sese ad omnem propriæ sanctimo-  
 niæ normam componebat, referam.  
 Præprimis celebre est, quod omni die,  
 nisi morbus gravior vetaret, ad aram  
 litarit, & tanta quidem mentis inten-  
 tione & pietatis sensu, ut adstantes in  
 admirationem raperet, & ad devotio-  
 nem excitaret; cultor quoque erat exi-  
 mius Deiparæ, cui amorem suum ab  
 unguiculis mancipavit, atque in ejus  
 venerationem singulis diebus coronæ,  
 ut vocant Marianæ pensum recitavit, ac  
 institutis ejusdem sodalitiis aggregatus,  
 habitis piis cætibus ferme semper in-  
 terfuit; solemne etiam habuit, ut ad  
 Templi ingressum vel egressum ante Nu-  
 men Eucharisticum provolutus in ge-  
 nua integram ferme horam exigeret, &  
 decem horarum precationibus per lon-  
 gius temporis spatium adorando persta-  
 ret. Nunquam, etsi gravissimis mor-  
 bis, gravis senii pedissequis, afflictare-  
 tur, horas Canonicas recitare neglexit:  
 pauperum quoque inopiam largissimis  
 eleemosynis levare studuit, ac primus

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

Sæc. XVIII. ut gregis sui mores in melius transferret, missiones sacras in suam Diœcesim invexit. Tot tantisque meritis clarus dum hujus anni die duodecima Junii Moskirchii post solemne sacrum in Principis sacello celebratum Fürstenbergii qui quinquagesimum connubii sui cum serenissima sua conjuge initi annum jubilarem celebrabat, bene precabatur, ac dicto Hymno Ambrosiano domum revertebatur, ibidem ante cubiculi limen apoplexia tactus decessit, ætatis natus octoginta duos, sepultus in Constantiensi Ecclesia Cathedrali, ejus corpus de Augustam delato, ubi Thefaurus suus erat. Condidit præcipue anno 1737. die quarta Maii & uno antequam suum anno die vigesima quinta Maii & sexta Dec. plura, eaque saluberrima decreta ad instructionem Parochorum, quibus vetitum, ne sponsum vagabundos copulare audeant, nec sine Ordinarii licentia Capellanos assumant, vel assumptos dimittant, nec aliter quam toga oblonga seu talari vestiti sacrificium Missæ celebrent: Pariter et Episcopus præcepit, ut Decani quolibet annis mortem vicini Parochi officio Vicariatus annuntient, & Parochi numerum & conditionem suorum Parochianorum, necnon vexationes a Laicis illatas &c. referant. Porro Joannes Franciscus

in Constantiensi Episcopatu Damianum Sæc. XVIII.  
 Hugonem Cardinalem Schönbornium, A. C. 1740.  
 & in Augustano Josephum Hassio-Darm-  
 stadiensem Principem successores habuit.  
 Præter dignissimum hunc Præfulem eo-  
 dem hoc anno meritis haud impar de-  
 cessit Thomas Joannes Franciscus de  
 Strickland de Sizergh nobilis Anglus  
 olim Duaci in Seminario Anglorum  
 Theologiæ Professor, Sorbonæ Doctor  
 & Meldensis ac Sueffionensis Episcopo-  
 rum aliquando Vicarius Generalis. Hic  
 Ferdinando de Berlo Namurcensi Epi-  
 scopo fatis functo a Carolo VI. Imp. in  
 successorem nominatus & a Papa con-  
 firmatus, in primis curis habuit, ut in  
 utroque Clero studium Theologiæ & S.  
 Scripturæ promoveret, dicere solitus,  
 neminem regimini animarum esse ap-  
 tum, nisi sacro hoc spiritus gladio ad  
 debellandum Sathanæ regnum probe  
 accinctus esset. Præterea Namurcensi  
 Clericorum Seminario a fundamentis  
 erecto Jansenianos errores tam felici  
 progressu eliminavit, ut nullus in tota  
 sua Diœcesi hac peste infectus reperire-  
 tur, aut saltem, si quis esset, talem se  
 palam profiteri non auderet. Sic promota  
 præprimis Dei gloria, religionis incre-  
 mento & Cleri populique salute ani-  
 mum quoque adjecit ad Cathedralem  
 suam Ecclesiam novo, eoque peramplo  
 per-

Sæc. XVIII  
A. C. 1740.

peramplo censu augendam. Palatium  
etiam Episcopale ingenti prorsus sumptu  
ac eximio urbis ornamento ab imo  
scitavit; tandem vero tot aliisque pro-  
clare gestis Lovanii in Collegio Albe-  
die decima quarta Januarii ex Hy-  
pisi obiit, anno ætatis quinquagesimo  
octavo, Episcopatus decimo tertio, in  
Episcopali suo Seminario in hære-  
scripto. Celebrabat hic summi inge-  
Præsul Synodum, cujus præcipua  
jam supra recensuimus.

*Vid. tom. 75.  
p. 770.*

Huic adjungimus Christophorum  
dread Joannem Comitem de Sze-  
beck, qui primo Chelmenfis, postea  
Primisliensis Episcopus, ac demum  
no hujus sæculi vigesimo quarto  
miensis Archipræsul nominabatur.  
rat doctrina insignis ac strenuus patri-  
libertatis vindex, quocirca ab Augu-  
III. Polonorum Rege Varsoviam ad  
lebre illud Consilium deputatus  
ut Senatus ac Equitum nomine  
Borussæ Deputatis de conservandis  
tiquis juribus, immunitatibus & pri-  
legiis ageret, ubi etiam perelegantem  
sermonem hanc in rem perorabat. Obiit  
die decima sexta Martii. Inter ingen-  
sui monumenta, quæ posteris reliquit  
præcipua sunt I. Synodus Diocæsanæ  
Chelmenfis Zemoscii an. 1717. celebra-  
ta, II. Synodus Premisliensis Brzane

vii an. 1724. habita. III. Epistola Pa-  
 storalis ad Clerum Varmiensem. IV. Sæc. XVIII.  
 A. C. 1740.  
 Synodus Varmiensis Heilsbergæ insti-  
 tuta. V. Meditationes de Passione Chri-  
 sti. VI. Compendium doctrinæ Chri-  
 stianæ. VII. Orationes in diversis Diæ-  
 cesium suarum Ecclesiis recitatæ. Præ-  
 terea Stanislai Comitis de Szembeck  
 Primatis & Gnesnensis Archiepiscopi  
 sermones sacros typis edi curavit.

Hoc item anno inexorabilis mors  
 maximos hujus terræ Principes laicos  
 vita ac sceptro spoliaverat. Hos inter  
 præcipue octava post Caroli Cæsaris o-  
 bitum die seu vigesima octava Octobris  
 mundi theatrum relinquere coacta est  
 Anna Ivanowna Russorum Imperatrix.  
 Patrem habuit Ivan Alexiez, qui Petri I.  
 Frater erat, Matrem vero Proscoviam  
 Feodorownam Soltikow; aspexerat pri-  
 mam lucem anno prioris sæculi nona-  
 gesimo tertio die vigesima quinta Ja-  
 nuarii, desponsata anno currentis sæculi  
 decimo Friderico Guilielmo Curlandiæ  
 Duci, quo tamen sequenti mox anno  
 vivis erepto Vidua permansit usque dum  
 anno supra millesimum septingentesimo  
 trigesimo ad Imperii clavum revocata  
 fuerat, non sine maximo totius regni  
 incremento. Dum vero ob graves in-  
 firmitates mortem oppido vicinam præ-  
 sen-

Sæc. XVIII  
A. C. 1740. sentiret, serio de nominando solli-  
 cessore cogitare cæperat; plurimum que-  
 dem propensa erat erga Neptin suam  
 Annam Antonii Udalrici Brunsvico-  
 neburgici Ducis Conjugem, a suis ta-  
 men Magnatibus persuasa Magni  
 Ruffiæ successorem die quinta Octo-  
 bris declaravit Principem Ivan  
 Joannem Annæ Filium vix septem  
 Menses natum infantem. Ceterum  
 functa hæc Imperatrix tam gloriose  
 ptrum rotabat, ut nec ipsa invidia, que  
 in ea carperet, invenerit, nisi forte  
 crimen vertatur, quod unum ex  
 Clientibus ad proprium ejus interitu-  
 nimio favore profecuta fuisset.

Insuper hoc anno decessit a suis  
 maxime deploratus Fridericus Guili-  
 mus Borussiae Rex, quem anno a partu  
 Virginis millesimo sexcentesimo octo-  
 gesimo octavo die decima quinta Augu-  
 sti Regismontii ortum ferunt. Variis  
 artibus, quæ tanti Principis dignitate  
 ornarent, ac præcipue militaribus pro-  
 be imbutus, jam anno ætatis suæ decimo  
 septimo bellicis expeditionibus in  
 Belgio interfuit, ac demum e castro  
 gloriose Berolinum reversus WILHELMVS  
 FRIDERICVS seu anno Domini millesimo  
 septingentesimo decimo tertio  
 regimini admotus est, ac demum per  
 pacta

pacem Ultrajectinam suas ditiones Gel- Sæc. XVIII.  
 driæ propugnaculo aliisque urbibus au- A. C. 1740.  
 xit, suæque familiæ decus accepto Du-  
 cis titulo gloriosius reddidit, paulopost  
 a Galliarum Rege *Boruffiæ Rex* agnitus:  
 toto autem ferme vitæ suæ tempore  
 bellis præcipue contra Suecos implica-  
 batur; sæpius tamen armorum violen-  
 tiam a se vel bellici apparatus minis,  
 novisque sæderibus vel proficuis pacis  
 conditionibus avertere intentus erat,  
 præsertim vero ad tuendas Calvinista-  
 rum & Lutheranorum prætensiones con-  
 tra Catholicos arma semper parata ha-  
 bebat. Ceterum Aulæ suæ magnifi-  
 centiam cum œconomica parsimonia  
 tam feliciter conjunxerat, ut Filio suo,  
 quocum per decem ferme annos graves  
 habuit simultates, ingentes relinqueret  
 thesauros, quos tamen mors hoc anno  
 ejus manibus eripuit, dum die trige-  
 sima prima Maii Potsdami ex viscerum  
 inflammatione sceptrum cum vita po-  
 suit.

Pariter hic annus gemino funere Sa-  
 xo-Weiffenfensi Familiæ luctuosissi-  
 mus fluxit; Mense enim Majo hæredi-  
 tarius Princeps primum die sexta Junii  
 anni prioris natus, ac paulopost alter  
 Princeps nondum bimestris e vivis ab-  
 iere: die etiam undecima Octobris Ma-  
 gda-



Sæc. XVIII gdalena Augusta Saxo-Gottana Ducis  
 A. C. 1740. Vidua mundo valedixerat. His inter  
 mortuos accensimus Henricum Hallesium  
 Darmstadiensem Principem Buzachii  
 tis functum, & Guntherum de Schwarz-  
 burgo-Sondershusanum, qui anno sex-  
 gesimo tertio ætatis suæ die vigesima  
 octava Novembris mortalitatem exiit  
 Eandem quoque æternitatis viam  
 vigesima septima Januarii ingressus est  
 Ludovicus Henricus Borbonius Regis  
 sanguinis Princeps, ac primus Regis  
 Minister, qui anno vitæ suæ quadra-  
 gesimo septimo nondum expleto ex se  
 mortis victima cecidit. Fato infame  
 mortalium communi die decima septima  
 Julii Guadalaxaræ erepta est Maria  
 na Hispaniæ Regina, quæ Philippi Car-  
 lielmi Palatini Electoris Filia anno pro-  
 ris sæculi sexagesimo septimo nata  
 nonagesimo die vigesima quarta Martii  
 Carolo II. Regi juncta fervente succu-  
 sionis bello gravibus jactabatur calami-  
 tatibus, in hoc unice felix, quod Mariæ  
 rum suorum virtutes æmulata beato-  
 rum suorum virtutes æmulata beato-  
 ne æternæ felicitatis spem sibi certo  
 reddiderit. Pari fato nimis præmatu-  
 die septima Junii decessit quadringentesimo  
 Maria Elisabetha Amalia Francisci Sa-  
 phani Magni Ethruriæ Ducis Filia.

## §. XXVI.

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

Joannes Antonius Cardinalis Davia  
via mortuus.

Excussis e Regum vertice coronis mors  
etiam Cardinalium plures sua exuit  
Purpura; horum enim sex hoc anno  
decessere, ex quibus primus erat Joannes  
Antonius Davia, vel *De Via*. Hic  
in antiquissima Bononiensium Familia  
ex Joanne Baptista & Portia Gisleria  
parentibus anno prioris sæculi sexage-  
simo die vigesima tertia Octobris Orbi  
datus est. Bononiæ in patria Urbe hu-  
manioribus, & Mathematicis literis,  
necnon Theologiæ ac præsertim utrius-  
que Jurisprudentiæ studio tanta assidui-  
tate, tamque ubere proventu vacabat,  
ut sua doctrina publico specimine com-  
probata Doctoratus honores emerere-  
tur. Annum agebat ætatis vigesimum  
secundum, cum jamjam inter urbis Præ-  
sides, quos *Antianos* vocant, recensit-  
us, Palatium suum in Athæneum com-  
mutaret, ubi frequentissime doctos Eru-  
ditorum conventus habebat, ad quo-  
rum imitationem percelebris Marsilius  
Comes, qui hisce collegiis assidue in-  
terfuit, Bononiæ Eruditum scientiarum  
& artium institutum erexerat. Bien-  
nio post in patriæ sæ obsequium sese  
Hist. Eccles. Tom. LXXVII. T mi-

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

militiæ sacramento obstrinxit, belloque  
 contra Turcas exorto in obsidione pro-  
 pugnaculi S. Mauræ animo vires impe-  
 rante rem strenue egit. Finita autem  
 hac expeditione præcipuas Italiæ urbes  
 perlustrans, Romam venit, ubi Inno-  
 centius XI. Papa eum maximis rebus  
 peragendis unice natum ratus, fore-  
 sibus negotiis admovit, sacrisque Con-  
 siliis initiatum primo Bruxellas  
 ternuntium decrevit, quod munus alibi  
 oppido arduum Antonius tanta no-  
 nis sui laude triennio explevit, ut  
 Alexandro VIII. Coloniam Nuntius  
 apostolicus & Thebarum Archiepiscopus  
 diceretur: inde redux ab Innocentio  
 XII. post Joannis III. Poloni Regis ob-  
 tum ad Sarmatas mittebatur, ut in  
 tui Regis electione in id potissimum  
 cumberet, ne quicquam, quod Romæ  
 næ Ecclesiæ, Sedique Apostolicæ con-  
 mento esse posset, decerneretur.  
 fine Antonius Livium Odeschalchium  
 in Regem proponebat, Polonis autem  
 non paucis Joannem Sobieskium præ-  
 rentibus, ejus quoque electionem  
 meritorum præstantiam totis viribus  
 promovere satagebat, non sine maxime  
 indignatione Gallorum; jam enim Pre-  
 ceptus Contyus cum valido milite haud  
 procul Dantisco in Monasterio, quod  
 Olivam vocant, moratus in comitatu  
 Vag.

Varfaviensibus plura Magnatum suffra- Sæc. XVIII.  
 gia sibi conciliaverat. Verum aliter vi- A. C. 1740.  
 sum est Superis: ipsis enim Polonis in  
 diversa abeuntibus, potior pars in Au-  
 gustum Saxoniz Electorem conspirare  
 videbatur: hujus quoque partes Philip-  
 pus Comes Lambertus Cæsaris Lega-  
 tus strenue tuendas suscepit, ac ipse  
 quoque Nuntius acceptis literis a Papa  
 monitus est, ut totum Pontificiz au-  
 ctoritatis pondus in Saxonis favorem  
 impenderet. Nec suis partibus defuit  
 Nuntius; nonnulli tamen grave move-  
 bant dubium, utrum Elector ejurata  
 Lutheri secta, fidem Catholicam, ut  
 fama ferebat, re ipsa amplexatus fuisset:  
 opportune autem aderat Jaurinensis  
 Episcopus, in cujus manibus Augustus  
 solemnem fidei professionem emiserat:  
 assertur ergo rei gestæ testimonium a  
 præfato Episcopo, etiam a Cæsaris  
 Legato subscriptum, quo conspecto Au-  
 gustus Elector per Cuiaviensem Episco-  
 pum Dabskium Rex Poloniz procla-  
 matus, & Cracoviz coronatus est. Per-  
 acto hoc negotio Nuntius unacum Rege  
 in Saxoniam delatus, Mauritiburgi sa-  
 cellum Electorale a Joanne Georgio II.  
 Electore erectum ad Dei cultum ritu  
 Catholico dicavit. Inde a Papa anno  
 Christi millesimo septingentesimo ad  
 Viennensem Nuntiaturam evocatus, an-  
 ni

Sæc. XVIII. ni sequentis die quarta Februarii urbe  
 A. C. 1740. solemni pompa ingressus est: ubi singu-  
lari honore exceptus, primo neo-gau-  
 tum Austriæ Archiducem Leopoldum  
 & postea regiam sobolem Mariam An-  
 liam Bavaricæ hæreditario Principi Ca-  
 rolo Alberto postmodum nuptam salu-  
 fera unda Christo initiaverat: tum quo-  
 que se totum impendit, ut ad Pontifi-  
 cis iussa concordiam inter Cæsarem  
 Franciæ Regem ob Hispaniæ successio-  
 nem inter se collisos restitueret; ad-  
 men quamvis hoc negotium ea circums-  
 pectione ageret, qualis a Viro tam po-  
 batæ sapientiæ expectari potuisset:  
 adeo tamen iniqua tum erat tempo-  
 vicissitudo, ut quicquid Pontifex  
 ejus nomine Nuntius ageret, ab altera  
 utra parte minus bene actum crede-  
 tur. Id anno hujus sæculi tertio em-  
 tus est Davia, dum Carolus III. Archi-  
 dux Viennæ Rex Hispaniæ proclama-  
 tus est: cum enim Pontifex jam-  
 Philippum ceu legitimum Regem ag-  
 visset, Nuntius, ne huic solemniter  
 interesse cogeretur, urbe excessit. Le-  
 poldo Cæsare propterea tantopere  
 fensio, ut Nuntio altera die alloqui  
 piam denegaret: mortuo autem Impe-  
 ratore magis adhuc creverat indige-  
 tio, occasione inde desumpta, quo  
 Josephus neo-electus Imperator sui  
 aq

augurationem summo Pontifici nonnisi Sæc. XVIII.  
 per Legationis Austriacæ Secretarium A. C. 1740.  
 intimasset. Id Pontifex in sui contem-  
 ptum fuisse factum ratus, vicissim Nun-  
 tio præcepit, ut responsum non ipsemet,  
 sed per quemdam Nobilem Domesticum  
 suum Cæsareo Legato traderet. Tum  
 tam gravis utrinque concitata est offen-  
 sio, ut Nuntius non solum Aula Cæsa-  
 rea interdictus, sed & mox Vienna  
 Neostadium exulare jussus esset, & de-  
 hinc hæc discordia tam importune quæ-  
 sita nullis vel literis vel officiis componi  
 posset. Igitur Davia a sua Legatione  
 revocatus, a Papa in Ariminensem E-  
 piscopum renuntiatur, quam Ecclesiam  
 integerrima probi Antistitis laude ad-  
 ministrabat, in id potissimum intentus,  
 ut Clerum suum in melius conformaret.  
 Tot meritis clarum Præsulem Clemens  
 XI. anno hujus sæculi duodecimo die  
 decima octava Maii sacra Purpura co-  
 honestavit, Abbate Tingolio Arminium  
 misso, ut rubrum Biretum Episcopo de-  
 ferret: Romam igitur profectus, ab eo-  
 dem Papa Æmilix primus, dein Ur-  
 bini Legatus a Latere creatus est, ubi  
 utramque Provinciam summa probita-  
 te, & prudentia singulari administra-  
 bat, a probis summopere dilectus, &  
 ab improbis reformidatus: Romam re-  
 dux aggregatus est pluribus Patrum

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

Cætibus, in quibus crebra dedit  
eruditionis, integritatis, ac prudentiæ  
specimina: nec sua laude caret, qui  
morbis identidem afflicto, Episco-  
pum, cujus munia haud amplius  
vigilantia obire poterat, dimittere  
missus, Pontifici, qui aliquam redditam  
Episcopatum partem huic Præsuli  
servatam voluit, cum D. Paulo respon-  
deret: *Qui non laborat, non manducabit panem.*  
Pariter noluit uti concessa sibi a  
facultate conferendi beneficia  
cessis; se enim vereri ajebat, ne  
nem, quam de hucusque collatis  
jamjam reddere cogeretur, ad huc  
gis arduam sibi faceret: Cum ergo  
mæ stabilem sedem figere constituit  
haberet, Palatium, quod olim  
niæ Legatus, postea vero prostituta  
doris fæminæ incoluerant, locum  
prius vero has omnes lupas intra  
horæ spatium eo excedere iussit; illi  
gatus ægerrime tulit, causatus, ut  
jura Legatorum Palatii annexa  
violari: ast Cardinalis ejusmodi  
tatem omnino scandalosam, ac iniquam  
esse ratus, Legati querelas floccum  
buit, totus autem in eo fuit, ut  
Ecclesiæ obsequia, ac ingenii  
consecraret; quocirca assidue  
iisque gravissimis negotiis vacabat,  
nesque temporis minutias in

familiaritate insumebat; ipse enim de Sæc. XVIII.  
 literarum republica optime meritus, A. C. 1740.  
 omnigenæ eruditionis Vir jure depræ-  
 dicabatur. Erat quoque Angliæ, An-  
 gliæ Collegii, ac totius Ordinis Cister-  
 ciensis, necnon Nationis Bononiensis  
 Protector. Mortuo autem Benedicto  
 XIII. nil propius erat, quam ut Davia  
 ob singularem suam in politicis rebus  
 experientiam, animique candorem in  
 omnibus actionibus eluceſcentem in  
 Pontificem maximum eligeretur, jam-  
 jam viginti novem Purpuratorum suf-  
 fragiis in eum collimantibus, & arden-  
 tissimis plebis Romanæ desideriis illum  
 expetentibus. Ast præter omnium ex-  
 pectationem Gallicis partibus addicti  
 Cardinales, qui paulo ante eidem im-  
 pense favebant, ejus electioni vehe-  
 mentius adversabantur, caussati, ipsum  
 non modo identidem adversa valetudi-  
 ne premi, sed etiam de orthodoxia non  
 nihil suspectum esse. Enimvero Davia  
 ab omni ambitu alienissimus, a Tiara  
 excludi, haud gravate ferebat; se ta-  
 men de sana doctrina suspectum haberi,  
 haud tolerandum censuit, unde jam-  
 jam contra hostes suos apologiam con-  
 scribere paravit, sæpe apud amicos suos  
 in hæc verba prorumpens: *Miror sane,*  
*me tam sero de erronea doctrina incusari:*  
*sub tribus summis Pontificibus quibusve*

T 4

nego-



Sæc. XVIII. *negotius adhibitus fueram, quin vel ultra*  
 A. C. 1740. *de doctrinæ meæ puritate dubium motum*

*set: ast nempe ejusmodi criminatio ad meam  
 exclusionem pernecessaria erat, quantum  
 vis non alio innixa fundamento, nisi quod  
 circa quasdam propositiones mentem meam  
 nunquam palam explicare voluerim.*

*Indere videtur Cardinalis ad duodecim  
 Noailii articulos, ad quorum approbationem  
 inclinare videbatur. Ceterum illi, qui res non  
 ex suspicionibus, sed ex rei meritis dimetiri  
 solent, clarissimum hunc Cardinalem adeo  
 indignum habitum fuisse, ægerrime tulerunt.  
 Fuit quoque, tam impotentes Bononienses  
 contra quosdam, qui Daviæ electionem  
 tunc sicut & in prioribus comitiis propo-  
 sediisse credebantur, motus fuisse con-  
 citatos, ut ipsorum Collegium ab inter-  
 dicto, & ipsi Patres ab omni injuriarum  
 genere non nisi providis Bononiensibus  
 Magistratus consiliis præservari possent.  
 Electo igitur Clemente XII. Davia amplis  
 ab eodem benevolentia honoratus, tandem  
 in senectute sua vivere desit die undecima  
 Januarii anno natus septuaginta novem: sepul-  
 tus quiescit in Ecclesia sua Titulari  
 S. Laurentium in Lucina.*

## §. XXVII.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.*Giberti Borromei Cardinalis decessus.*

Paucis post Daviæ obitum diebus idem æternitatis iter ingressus est Gibertus Borromeus patria Mediolanensis. Hic ex tam illustri & Sanctis fœcundo genere oriebatur, ut Borromeum nasci, & Borromæ sanctitatis hæredem existere pene pro eodem reputaretur: præterquam enim, quod hæc familia Carolum & Fridericum Cardinales, duo magna sanctitatis luminaria recenseat, Gibertus quoque Parentes habuit Renatum & Juliam Aresiam, ambos ad virtutes suos in Filios transplantandas natos. Ab his fausto sidere die duodecima Septembris anni supra millesimum sexcentissimi septuagesimi primi progenitus Gibertus, pietatis literarumque studio in patria egregiam navabat operam. Exacta pubertate, cum sese Dei ac Ecclesiæ servitio dicare intenderet, Theologiæ præprimis sacrorumque Canonum præceptis animum adjecit. His probe instructus Romam venit, ubi ab Innocentio XII. inter Romanæ Curiæ Præsules, & Protonotarios Apostolicos receptus fuit. Variis dein inferioris Ordinis Magistratibus defunctus, sub Pontificatu Clementis XI.

Sæc. XVIII. XI. primo Patriarcha Antiochenus, postea Novariensis Episcopus ac demum Pontificii cubiculi Præfatus renuntiabatur; quo in munere sibi gradum altiora stravit; quippe ad Romanam Purpuram paulopost selectus fuit, ubi singulare est, quod Pontifex non in Borromææ Domus merita antiquitatemque deprædicarit, sed præcipue ipsius Giberti obsequia tam sibi quam Sedi Apostolicæ præstita pluribus enumeraret, inter alia neo-electum Cardinalem commendans, quod *tam morum integritate quam aliis sacro Præsede dignitate & virtutibus insignes suæ gentis Cardinales ( præcipue S. Carolum Borromeum) æmulari potest.* Hac dignitate insignis mox Roma ad suam Ecclesiam vigilans Pastor reversus, non nisi ad S. Comitium post Clementis obitum in Urbem venit, electus autem Innocentio XIII. nulla mora sua sedem rediit: interfuit quoque conclavibus pro electione Benedicti XIII. & Clementis XII., in quibus, cum non modo locuples, sed & doctissimus pietatis ac justitiæ studiosissimus esset, ac præterea cunctis Purpuratis, Principibus & populo Romano acceptissimam maximam supremi Apostolatus spei habebat: ast Gibertus hanc dignitatem non semel promeruisse contentus, sed ardentius concupiverat, quam se

tum suo gregi impendere, quem etiam Sæc. XVIII.  
 immoto pastoralis vigilantiae studio ac A. C. 1740.  
 uberrimo animarum proventu pavit us-  
 que ad supremum obitus sui diem, qui  
 erat vigesimus secundus Mensis Janua-  
 rii: sepultus est Novariæ in sacello S.  
 Caroli Borromei, cui sanguine, ac san-  
 ctitatis imitatione junctus erat. Reli-  
 quit insignem librorum collectionem,  
 quorum magna pars (uti testamento  
 caverat) in Ambrosianam Bibliotheca-  
 cam translata fuit.

## §. XXVIII.

*Petri Ottoboni Cardinalis fata.*

**T**ertius ex Purpuratis hoc anno dena-  
 tis erat Petrus Ottobonus, cujus  
 majores ex Euboea Insula ortum tra-  
 hentes præclara obsequia diu reipubli-  
 cæ præstiterant, quocirca anno Christi  
 millesimo sexcentesimo quadragesimo  
 sexto Veneto Nobilitatis albo inscribi  
 meruere. Natus erat Petrus Parenti-  
 bus Antonio & Maria Moretti die se-  
 cunda Julii anno prioris sexagesimo sep-  
 timo. Puer adhuc Romam evocatus  
 est a Petro Vito Ottobono Cardinale  
 Patruo suo, qui, cum in Nepote suo  
 summam ingenii aciem, ac spiritus ge-  
 nerosos, & ad magna quævis incitatos  
 deprehenderet, eundem in disciplinam  
 præ-

Sæc. XVIII  
A. C. 1740.

præstantissimorum præceptorum, quos  
inter ipse etiam Joannes Franciscus Ab-  
bani, postea Clemens XI. Papa ere-  
dedit. Horum institutione juvenis Pe-  
trus in variis disciplinis tantum præ-  
cerat, ut virtutum ac eruditionis me-  
rito Veteranis Doctoribus nullo laudo  
genere concederet. Annum agebat  
tatis vigesimum secundum, cum e-  
Patronus ad Apostolatam, assumptum  
nomine Alexandri VIII., eveheretur,  
quo mox cunctis benevolentia signis  
honoratus, publicis in Aula Romanæ  
negotiis admotus est; quarto enim post  
Pontificiam inaugurationem Mense, cum  
legum peritia summopere inclaresceret,  
Pronotarius Apostolicus, Diaconus Car-  
dinalis, totius Ecclesiasticæ ditionis Ad-  
ministrato generalis, Legatus Avenio-  
nensis, & S. R. E. Vicecancellarius  
nuntiabatur, atque omnibus decem  
honorum titulis augebatur, quos Pon-  
tificia largitas Cardinali Nepoti contem-  
potuit. Insuper sacerdotia longe pre-  
guissima, quæ annuos quinquaginta mil-  
lium proventus excefferant, & ab Innocentio XI. Cameræ Apo-  
stolicæ adjudicata fuerant, necnon vacan-  
tium beneficiorum fructus nondum ex-  
actos obtinuit: unde hic Cardinalis  
paulo ante modicæ fortunæ Nobilitate  
jam in unico ferme Mense lauto & Be-

gio more vivere, pretiosa uti suppelle- Sæc. XVIII.  
 tile, & numeroſo etiam Nobilium fa- A. C. 1740.  
 mulatu, necnon ſplendida Miniſtrorum  
 frequentia inclareſcere cæpit, novisque  
 facultatum acceſſionibus ex Venetæ  
 reipublicæ & Franciæ Protectoris offi-  
 cio hauſtis ac maximis donis, ditiffi-  
 misque Eccleſiæ beneficiis inde pro-  
 fluentibus pene in immenſum auctus  
 fuit: nec id mirum, hoc tamen vel ma-  
 xime mirandum, quod in tanta rerum o-  
 pulentia, & annuis octoginta aureorum  
 millium redditibus tam ingenti æris ali-  
 eni mole preſſus fuerit, ut poſt ejus obi-  
 tum pretioſa ejus ſuppellex ægre eo a-  
 ſcenderet, ut creditoribus ſatiſſieri poſ-  
 ſet. Id tamen unicum ejus laudi tri-  
 buendum videtur, quod pari etiam mu-  
 nificentia & decore Dei cultum promo-  
 vere ſtuderit; Eccleſias enim ſibi  
 commiſſas omni magnificentia inſtru-  
 ctas voluit: ſacras functiones, quibus  
 ipſemet aſſidue interfuit, maxima pom-  
 pa exerceri præcepit, annuam quoque  
 Venerabilis Sacramenti expoſitionem  
 horarum quadraginta in Eccleſia ſua Ti-  
 tulari tam ſumptuoſa majeſtate celebra-  
 vit, ut fidelium religio indies augere-  
 tur. Sacrum inſuper Viaticum, quan-  
 do ad infirmos ſuæ Pareciæ deſereba-  
 tur, cereis ſemper accenſis ac ſingulari  
 pietate unacum ſuis famulis comitaba-  
 tur;

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

tur; ejusdem quoque Pareciæ pauperibus ac infirmis pharmacopearum, Medicum & Chirurgum suo ære condunt. Alexandro autem VIII. ejus Patruis sublati, ac Innocentio XII. eidem subrogato Cardinalis Roma Avenionem ad suam legationem secessit, qua tamen suppressa, & nonnisi Pro-Legato commissa, Romam reverti cogebatur, unde solita sua pompa nihil quidem restit, sacris tamen magis intentus bis quolibet mense doctissimis quibusve ad se invitatis Palatium suum scientiarum emporium aperuit, non alio fine, nisi ut selectissimis quæstionibus in medium prolatis, ac difficultuum suorum aliorumque ingenia exercerentur, & librorum copia destituti ex selectissima ejus Bibliotheca sapientiæ thesauri excerpere possent: summopere enim poesi & Musica delectabatur: poemata quoque & dramata non invita Minerva exaravit, populoque spectacula exhibuit sumptuoso apparatu, ac pompa singulari: eximie artis picturas tantæ aviditate collegit, ut Trevisano & Cornihæ præclaris pictoribus quovis Mensæ triginta scuta solveret, ea lege, ut quod excellens opus confecissent, illud nulli alteri quam ipsi traderent. Abfuit dein comitiis sacris, in quibus Clementis XI. electionem haud parum pro-

movebat, ac propterea ab Eodem haud Sæc. XVIII.  
 vulgaribus singularis affectus, gratique A. C. 1740.  
 animi significationibus honorabatur.  
 Pari etiam benevolentia ipsum quoque  
 profecutus est Galliarum Rex, a quo  
 in Regni Protectorem assumptus, post-  
 quam Palatio suo Gallicæ coronæ in-  
 signia palam affixerat, Venetæ reipub-  
 licæ indignationem vel maxime in ca-  
 put accersivit, pragmatica enim apud  
 Venetos sanctione cautum erat, ne quis  
 suorum ad exteri Principis ministerium  
 unquam accedat; cum ergo Cardinalis  
 se hac lege obstringi posse pernegaret,  
 hinc Veneti eum non modo Pro-Can-  
 cellarii munere amoveri, a Papa pete-  
 bant, sed eundem Nobilitatis præroga-  
 tiva, omnibusque bonis ac præbendis  
 in ditone Veneta possessis spoliatu-  
 ro minitabantur. Ast Cardinalis hisce  
 minis superior Franciæ Regis gratiam  
 pluris fecit: quapropter Respublica  
 omnes Ottobonæ familiæ Nobiles pub-  
 licatis eorum bonis exulare iussit, unde  
 hi Romam atque ad alias urbes trans-  
 migrare compulsi sunt. Quinimo Petrus  
 Ottobonus Cardinalis ne quidem Romæ  
 a mordaci calamo immunis erat; ea-  
 dem enim nocte, qua Franciæ Regis  
 insignia in Palatio suo erexit, hæc ver-  
 ba foribus adscripta legebantur: *Ad*  
*primum GALLI tantum PETRUS ne-*  
gavit



Sæc. XVIII.  
A.C. 1740.

*gavit patriam.* Postquam vero Respublica Barbarigium ad Purpuram promoveri petierat, & Pontifex repulsam daret, nisi prius Ottoboni pristinis restituantur honoribus, hi denuo in publicæ gratiam rediere. Interim Cardinali Ottobono Romæ nil de nominis sui gloria & Principum favore desit, nilque de consueto luxu ac potestate remisit: Viduam Poloniæ Regine necnon Jacobum Angliæ Regem precibus & ipsam quoque Pontificem in banensi Abbatia sua exquisita symphonia, lautoque convivio excipiebat, in eorum cultu vere eximius ac magnificus. His nihilo minor erat splendida ac gratata liberalitas, pietasque erga functum Patrum suum Alexandrum VIII. Papam, cujus venerandos cineres ex tumba ad Ecclesiam Vaticanam novum sumptuosissime a se constructum mausoleum transferri curavit, præsertim tibus ipso summo Pontifice, novemque cum Cardinalibus, & toto D. Petri Capitolulo. Anno autem hujus sæculi vigesimo inevitabilis mortis lex Antonii Ottobonum Cardinalis nostri Patris Romæ sustulit, cujus corpus ibidem in Ecclesia D. Marci ingenti pompa testamentum mandatum est: sequenti autem anno dum ipsemet Clemens Papa naturæ debitum solveret, Cardinalis pro electione

Innocentii XIII. & tertio post anno pro Sæc. XVIII.  
 electione Benedicti XIII. sacris interfuit A. C. 1740.  
 comitiis, quibus absolutis sacros Ordines suscepit, & proximo anno Sabinensis Episcopus renuntiatus, suam Diæcesin lustravit, eodemque anno, qui sæcularis erat, rara exercuit charitatis officia; quippe peregrinis pro consequendo indulgentiarum thesauro Romanam adventantibus ipsemet obviam processit, eos domi excepit, eleemosynis juvit, eis in mensa ministravit, & Confraternitates hospitio accepit; præterea omnibus pene Romanæ Curiae Congregationibus adscriptus in Sedis Apostolicæ utilitatem multa præclare gessit, nullique pepercit labori, ut dissidia, quæ inter Pontifices & Lusitanæ Regem Venetosque intercesserant, amice componerentur. Tandem mortuo Clemente XII. conclave vix ingressus, in periculosam incidit febrim, unde a sacris comitiis die vigesima quarta Februarii domum reportatus, vespere alterius diei animam exhalavit, anno ætatis septuagesimo tertio, & Cardinalatus quinquagesimo primo: quiescit in sua titulari Ecclesia S. Laurentii in Damaso, in sacello SS. Sacramenti a se constructo. Erat præfatæ Ecclesiæ Commendatarius, Archipresbyter Basilicæ Liberianæ, & postea Lateranensis.

Sæc. XVIII. sis, S. Collegii Decanus, Episcopus  
 A. C. 1740. stiensis, Magnus Prior Ordinis Jerobo-  
 lymitani Hiberniæ, Secretarius sacre  
 Inquisitionis, & Præfectus Capellæ Pro-  
 tificiæ &c.

## §. XXIX.

*Joannis Baptistæ Cardinalis Altieri  
 extrema.*

Proximo Mense Joannes Baptista  
 Altieriis mortis necessitate Purpu-  
 ram vitamque exiit. Erat is Romæ  
 die sexta Augusti anno prioris sæculi  
 septuagesimo tertio natus, parentibus  
 Caspate Palutio Albertonio & Laura  
 Catharina Altiera Nepte Clementis  
 Papæ, qui hunc puerum attributo Al-  
 tierii nomine adoptavit; illum literis  
 sacratoribus imbutum, ac Doctorum  
 honoribus decoratum Clemens XI. Pa-  
 latis domesticis accensuit, & paulo  
 post Urbini Pro-Legatum dixit. Hoc  
 munere aliquot annis cum laude de-  
 ctus, Romam reversus est, ubi Ca-  
 meræ Clericus & postea Senior seu De-  
 canus, necnon viarum Præses, &  
 Congregatione computorum suffraganeus  
 nominatus, per plures annos a spe  
 tiorum dignitatum longe absens vixit  
 donec mortuo Innocentio XIII. Bene-  
 dictus XIII., qui adhuc Beneventanus  
 Episcopus

Episcopus arcta complurium annorum Sæc. XVIII.  
 familiaritate eidem junctus erat, illum A. C. 1740.  
 virtutibus animique candore insignem  
 sacerdotio initiabatur, & Archiepisco-  
 pum Tyrentinum renuntiabat. Inde  
 inter Cardinales Presbyteros titulum  
 S. Matthæi in Merullana obtinuit, at-  
 que monasterii ad S. Catharinam de Fu-  
 nariis Protector creatus, tranquillam  
 & ab omnibus publicis curis semotam  
 egit vitam, solique Deo vacans, neu-  
 trique parti adhærens, præter sacras  
 functiones aliaque privatæ pietatis ex-  
 exercitia nec honores dignitatesque am-  
 pliores ambivit, nec prima status Ec-  
 clesiastici munia gerere voluit, unde  
 nec æmulorum invidiæ famam expo-  
 suit, nec nomen suum politicæ pruden-  
 tiæ gloria celebre reddidit. Demum  
 Clemente XII. fatis erepto vaticanis in-  
 terfuit comitiis, quibus tamen vix in-  
 choatis die vigesima nona Februarii a-  
 poplexia tactus, omnibusque sacris mo-  
 rientium subsidiis firmatus die duode-  
 cima Martii in conclavi anno ætatis  
 sexagesimo septimo obiit, ejusque cor-  
 pus inde ad Ecclesiam S. Mariæ supra  
 Minervam translatum est. Hæredem in-  
 stituerat Ecclesiam S. Catharinæ de Fu-  
 nariis, Laurentio autem Altierio Fratri  
 suo nonnisi sacram suam suppellectilem  
 reliquit.

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

§. XXX.

*Leandri Cardinalis de Portia obit*

Idem ferme fatum subierat Leandri  
 ex illustrissima apud Foro-Julien-  
 Comitum Portiarum prosapia ori-  
 Hunc Fulvius Comes ex Laura de Ma-  
 niaco Conjuge sua die vigesima qua-  
 Decembris anno 1673. suscepit.  
 num ætatis duodecimum emensus  
 cum ob indolem bonam, ingenii  
 stantiam atque judicii maturitatem  
 spes magnas idoneus Venetias mitta-  
 tur, ut sub magisterio Patrum de Sa-  
 cha cognoscendis politioribus disci-  
 nis operam locaret, inde Patavium  
 gressus, legibus utriusque fori animo  
 adjecit, ibidemque nativi quasi  
 doris oblitus, inter Monachos Con-  
 gregationis Benedictino-Cassinensis  
 petiit. Piis ejus votis lubentissime  
 nuebant illius Ordinis Superiores  
 de Tironibus ibidem adlectus per  
 grum annum Monasticæ vitæ  
 menta posuit, virtutibus solidis ac  
 fertim profundissima humilitate &  
 tionis studio undique munitissima  
 tis dein anno 1693. Deo per solutis  
 losophiæ ac Theologiæ tam prof-  
 progressu vacabat, ut religiosam ju-  
 tutem sacris Theologiæ dogmatis  
 buere juberetur, quo munere sum-



Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

offenso pede percurrit, ac nominis  
fama ad Aulam Romanam pervolat  
a Clemente XI. S. Indicis Congregatio-  
nis Consultor, & Abbas Cænobii ad  
Paulum, & ab Innocentio XIII. Co-  
sultor S. Officii, & S. Congregatio-  
nis Visitationis Apostolicæ renun-  
tus est, pluribusque aliis ejusmodi  
ribus gravatus, cuncta in negotiis  
commisissis tam mira sedulitate per-  
ut ab ipsomet Pontifice sæpius præ-  
tim in rebus Theologicis in consilium  
adhiberetur. Mortuo autem Inno-  
centio XIII. Benedicti XIII. ejus Succes-  
oris in hunc Virum non modo nata  
splendore, sed vel maxime morum  
tegritate, & eruditionis præstantia  
leberrimum maxima erat observata  
nil arduum aggrediebatur Pontifex  
consulto prius Leandro: Lateranensis  
Synodo tanquam consummatæ doctrinæ  
Theologum adesse voluit, ejusque præ-  
cium in discutiendis Noaili articulis  
cutus est. Tot tantaque demum  
rita remuneraturus die trigesima  
lis in Templo Benedictinorum ad  
Ambrosium mortuo Cardinale Prae-  
Leandrum Pergamensi Ecclesiæ Episcopus  
pum suffecit, eodemque die S. Pur-  
ratorum Collegio adscripsit, eique  
Diæcesin suam abeunti præter Pri-  
tum redditibus pinguem, etiam auream

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

Crucifixi imaginem, sibi a Coloniensi Electore dono datam liberaliter imperavit. Præterea Cardinalis sex adhuc aliis Congregationibus ab eodem Papa aggregatus est, quibus, ut pro muneris sui ratione interesse posset, Episcopatum suum, annuente Benedicto Papa, Abbati Ridettio ultro cessit, quo Pontifice vivis erepto in sacris comitiis in Successorem a non paucis suffragatoribus petebatur; quod tamen onus a suis humeris amoturus, cum aliunde calculi doloribus vehementer cruciaretur, Mense Aprili ad finem vergente ex Conclavi excessit: ast importunis Cardinalium precibus votisque expugnatus, recuperata nonnihil valetudine reversus est, ubi in scrutinio die octava Maii solus duas, ut vocant, tertias ex suffragiis tulerat, abs dubio in Papam eligendus, nisi Cardinalis Cienfuegos cum suis obstitisset, suspicatus, hunc utpote, Venetæ Reipublicæ obnoxium plus Gallis quam Austriacis propensum fore. Paulopost tamen die vigesima Junii acutissimis doloribus non sine magno vitæ discrimine cruciatus denuo comitia deserere coactus est, rursus tamen a Purpuratis exoratus die decima Julii rediit, & haud parum ad electionem Clementis XII. contulit. Hujus quoque Pontificis benevolentiam de Ecclesia

U 4

opti-



Sæc. XVIII. optime meritis sibi mirum in modum  
 A. C. 1740. conciliabat, unde ab eodem graviore  
 bus Sedis Apostolicæ negotiis adhi-  
 tus, atque Indicis Præfectura auctus  
 Cosciæ aliorumque ob male adminis-  
 tratum ærarium accusatorum causam ad  
 judicare jubebatur, ac insuper publico  
 bono strenue procurando natus Xeno-  
 dochium S. Spiritus in Saxia, ejusque  
 mensam nummulariam, cum ob malum  
 rei familiaris procuracionem gravissimo  
 ære alieno laboraret, accitis in opor-  
 tunitatibus præfulibus incredibili patientia, devo-  
 tione, invictaque constantia restauravit,  
 irreperentesque abusus tam prospere  
 restituit, ut Pontifex eidem publici  
 Hospitii curam ex integro demandaret.  
 Dum autem in medio laborum curam  
 erat, post Clementis XII. mortem  
 Vaticana comitia toties suæ fortunæ  
 propitia, ac toties suæ vitæ funestæ  
 decima octava Februarii ingredi cœpit  
 est, ac repentino, pertinacique morbo  
 pressus in suo Palatio, ad quod ex  
 clavi die duodecima Maji translatum  
 fuit, intempestiva nimis morte die  
 prima Junii excessit, anno ætatis sexagesimo  
 sexto cum semestri & diebus octo  
 decim: corpus ejus depositum est pri-  
 mo in Ecclesia Titulari S. Calixti, post  
 hæc tumulatum in illo S. Pauli extra  
 mœnia, quam sacram ædem Abbas

tustate pene collapsam recens etiam Sæc. XVIII.  
 erecto sacello S. Birgittæ, mirifice A. C. 1740.  
 exornaverat, ac magnifica Porticu rui-  
 næ proxima ad pristinam firmitatem re-  
 vocata pavementum nimia humiditate  
 contabescens salubrius effecerat.

## §. XXXI.

*Seraphinus Cardinalis Cencius mor-  
 tuus.*

Postremum ex Cardinalibus eodem  
 Mense mors intempestiva rapuit Se-  
 raphinum Cencium, seu Cincium, ex  
 nobili Romanorum genere Patre Fran-  
 cisco & Matre Justina Ripa anno evoluti  
 sæculi septuagesimo sexto die trigesima  
 prima Maji progenitum. Hic liberali-  
 ter educatus bonisque moribus imbu-  
 tus Romæ sacratoribus literis ac Juris-  
 prudentiæ tam felicem navabat ope-  
 ram, ut in eadem Romana Universitate  
 utriusque juris Doctor renunciaretur.  
 Postea a Clemente XI. Romanæ Curia  
 Præsul & utriusque signaturæ Referen-  
 darius in Congregatione Fabricæ D. Pe-  
 tri suffragium tulit, suaque prudentia  
 ac dexteritate haud mediocrem sui no-  
 minis celebritatem consecutus est: nec  
 minori laude Camera Apostolicæ Pro-  
 Auditorem & sub Innocentio XIII. Ro-  
 mæ Romanæ Judicem per decem omni-

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

no annos egit: feligebatur quidem  
 eodem Papa in Nuntium Apostolicum  
 Regni Neapolitani: gravibus tamen  
 caussis hanc dignitatem Alemanno  
 bati cesserat; demum a Clemente  
 S. Pænitentiarie Regens, necnon  
 neventanus Archipræsul, & tandem  
 cardinalis renuntiabatur, pluribus S. C.  
 tibus adscriptus: accepto autem  
 Petaso Romam ad suam Ecclesiam  
 versus, immota vigilantia ac incre  
 integritate cultui divino amplifican  
 emendandisque Cleri ac populi  
 bus infudavit. Magis tamen exem  
 quam legibus, verbisque utebatur:  
 quoque in populum comis, aditu  
 lis, ac liberalis, & in pauperes vix  
 prodigus. Sexto jamjam anno  
 Ecclesiam rexerat, cum post Clemen  
 tis obitum ad Vaticana comitia Roma  
 pergeret, in quibus potior Cardin  
 pars sæpius in eum collimabat; al  
 vi oppressus morbo, eoque ad integ  
 mensem protracto die vigesima  
 Maji sacris rite munitus fuit; enim  
 die vigesima tertia Junii remissior  
 vomitus cruentus, indeque orta Fe  
 adeo ut ex pertinaci suo morbo  
 convalescere crederetur, ipsoque  
 die suo S. Joannis Baptistæ rem  
 perageret; qua absoluta, peractis  
 de more precibus sese in lectulum

jecit, sumptoque chocolatæ potu non-  
 nihil quiescere cæpit: paulopost tamen,  
 nemine id suspicante, decessisse reper-  
 tus est. Expleverat ætatis annum sexa-  
 gesimum quartum, sepultus in Eccle-  
 sia titulari S. Agnetis.

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1740.

§. XXXII.

*Diversæ Clementis XII. & Benedicti  
 XIV. P. P. Constitutiones.*

Mense Januario, quem Clemens XII.  
 Papa hoc anno vitæ suæ postre-  
 mum habebat, nonnullas Constitutio-  
 nes pro immoto suo pastoralis curæ stu-  
 dio edidit, & quidem primo die deci-  
 ma quarta Januarii Constitutionem, quæ  
 incipit: *In supremo justitiæ folio &c.*  
 contra homicidas ad ditiones tam fir-  
 mæ terræ, quam Regni Corsicæ & In-  
 sulæ Caprarizæ extendit. Sequenti au-  
 tem die Ludovico XV. Galliarum Regi,  
 ejusque Successoribus indulgit, ut ad  
 quæcunque beneficia sæcularia & regu-  
 laria in Metensi, Tullensi & Virodunensi  
 Diæcesibus ac territoriis Lotharingiæ  
 & Bari existentia nominare eaque con-  
 ferre posset, dummodo ea extra Roma-  
 nam Curiam vacent. Tam ampli ta-  
 men favoris causam allegat Pontifex,  
 quod firmiter speret, fore, ut tam ipse  
 Ludovicus, quam Successores Reges Chri-  
 stia-

Sæc. XVIII. *Christianissimi gloriosis Antecessorum Regum*  
 A. C. 1740. *stigiis inhærentes, Religionem Christianam*  
 & fidem Catholicam tueri, & propagari,  
 dictæque Sedis Apostolicæ honorem, &  
 auctoritatem in universis suis, & ipsorum  
 Regum Successorum Dominiis illibatas con-  
 servare omni studio curaturi, atque in no-  
 minandis ad infra scripta Beneficia promo-  
 nis, quæ vitæ integritate, Religione,  
 & doctrina præstarent, summam studium  
 summamque diligentiam semper adhiberent,  
 nec suam ipsorum conscientiam ea in  
 ullo modo lædi forent passuri, amplioribus  
 que ipso Ludovico Regi ejusque Successoribus  
 exercendæ erga personas benemeritas  
 Regiæ beneficentiæ facultatem Apostolica  
 benignitate ducens Successoribus Regibus  
 Christianissimis in unitate Catholice  
 Fidei, Sedis Apostolicæ prædicta obedi-  
 tia perservaturis jus nominandi &c.

Præterea anno priori Petrus Henricus  
 Maronitarum Monachus, ac Ordinis  
 Antonii Congregationis S. Isaïæ Defensor  
 primus e Syria, ubi orthodoxa Catho-  
 licæ Fidei inter adversas superstitiones  
 & hæreses a Maronitica Natione (veritas  
 sunt ipsius Pontificis) Sacræ Sedi (sepe  
 per addictissima integerrime colitur, a Sa-  
 brahamo Esaf, Bimiur Agia, & Petro  
 Paulo Chiamo Definitioribus Romanis  
 missis

missus advenerat, supplex, ut summus Sæc. XVIII  
 Pontifex Constitutiones tam Congrega- A. C. 1740.  
 tionis Montis Libani, quam S. Isaïæ  
 jam anno 1732. die vigesima prima Mar-  
 tii a Papa confirmatas nominatim pro  
 præfata Congregatione S. Isaïæ aucto-  
 ritate Apostolica approbare velit. Ho-  
 rum ergo precibus annuens Papa, die  
 decima septima Jannarii omnes quinque  
 harum Constitutionum partes recensuit,  
 earumque statutis inviolabilis Apostoli-  
 cæ firmitatis robur adjecit. Insuper  
 die vigesima secunda ejusdem Mensis  
 Constitutionem Alexandri VII., qua  
 Fratribus Minoribus S. Francisci de ob-  
 servantia Discalceatis ad aliam Religio-  
 nem transire vetitum erat, ad Provinciam  
 S. Antonii in Brasilia extendit. Deni-  
 que die vigesima sexta Januarii, uti jam  
 memoravimus, Historiam Concilii Tri-  
 dentini a Paulo Sarpio Gallice editam  
 proscripsit, simulque damnavit, ac sub  
 pæna excommunicationis ipso facto in-  
 currendæ prohibuit legi *Historiam libri*  
*Reflexionum Moralium in novum Testa-*  
*mentum, & Constitutionem Unigenitus,*  
 Amstello-dami Gallice in quatuor tomis  
 editam, eo quod propositiones falsas, cap-  
 tiosas, piarum aurium offensivas, scanda-  
 losas, temerarias, Ecclesiæ, ejusque pra-  
 xi injuriosas, neque in Ecclesiam solum,  
 sed & in potestates sæculi contumeliosas,  
 sedi-

Sæc. XVIII.  
A.C. 1740.

*seditiosas, impias, blasphemias, suspectas de hæresi, ac hæresin ipsam sapientes, non hæreticis & hæresibus, ac etiam schismaticis faventes, erroneas, hæresi prænotas, sæpius damnatas, ac demum etiam hæreticas, variasque hæreses & prænotas Jansenianam, ac Quesnellianam manifestè innovantes & asserentes contineret.*

Post Clementis obitum Benedictus XIV. ejusdem Successor longe dignissimus, ut Catholicam fidem custodire, morumque disciplinam aut servaret, aut restauraret, plures, easque saluberrimas æque ac doctissimas Constitutiones quovis anno edidit, quas ipsemet ferri sui Pontificatus anno publicis typis vulgari permiserat: præprimis autem hoc anno præter indicti Jubilæi Bullam decima septima Octobris edita Constitutione particularem erexit Congregationem, cujus esset ab Episcopis & Regularium Superioribus, an & qui vacante Episcopatu digniores, aptioresque essent juxta mentem Concilii Tridentini secreto requirere, & id summo Pontifici indicare, necnon translationum causas examinare, imposita de his generis silentii lege. Die autem decima quarta Novembris omnibus Regularibus (exceptis Fratibus misericordie) exercitium artis Aromaticæ pro sæculo

laribus, necnon pharmacorum ac me- Sæc. XVIII.  
dicamentorum venditionem inhibuit. A. C. 1740.

Exstat adhuc alia ejusdem summi Pon-  
tificis Constitutio, qua die vigesima ter-  
tia ejusdem Mensis juxta Bullam Sixti  
V. Episcopis necnon inferioribus Præla-  
tis jurisdictionem quasi Episcopalem  
habentibus præcepit, ut per se vel per  
Nuntios jurent, se limina Apostolorum  
visituros, & de statu suarum Eccle-  
siarum relationem summo Pontifici fa-  
cturos, & quidem tertio quovis anno,  
qui in Italia & Insulis adjacentibus a-  
gunt; cæteri autem quinto quoque an-  
no a tempore captæ possessionis, Me-  
morabilis etiam est præfati juramenti  
formula, quam huc adducere, operæ  
pretium videtur. Est autem hæc:

„Ego N. ab hac hora in antea fide-  
„lis, & obediens ero B. Petro Apostolo,  
„sanctæque Romanæ Ecclesiæ, & Do-  
„mino nostro Benedicto Papæ XIV. suis-  
„que Successoribus canonice intranti-  
„bus. Non ero in consilio, aut sensu,  
„vel facto, ut vitam perdant, aut mem-  
„brum, seu capiantur mala captione,  
„aut in eos violenter manus quomodo  
„libet, violenter ingerantur, vel inju-  
„riæ aliquæ inferantur quovis quæsito  
„colore. Consilium vero, quod mihi  
„credituri sunt, per se aut Nuntios suos,  
„seu



Sæc. XVIII. „seu literas, ad eorum damnum, me  
 A.C. 1740. „sciente, nemini pandam. Papatum  
 „Romanum, & Regalia S. Petri ad  
 „tor eis ero ad retinendum, & defen-  
 „dendum salvo meo ordine, contra om-  
 „nem hominem. Legatum Apostolicum  
 „Sedis in eundo, & redeundo honorifice  
 „tractabo, & in suis necessitatibus  
 „adjuvabo. Jura, honores, privilegia  
 „& auctoritatem S. R. E. Domini No-  
 „stri Papæ, & Successorum prædich-  
 „tum conservare, defendere, augere  
 „& promovere curabo. Neque ero  
 „consilio, vel facto, seu tractatu, in quo  
 „bus contra ipsum Dominum Nostrium  
 „vel eandem Romanam Ecclesiam  
 „qua sinistra, seu præjudicialia per-  
 „narum, juris, honoris, status, & po-  
 „testatis eorum machinetur. Et si  
 „lia a quibuscunque tractari, vel pro-  
 „curari novero, impediam hoc pro posse  
 „Et quanto citius potero, significabo  
 „eidem Domino Nostro, vel alteri per  
 „quem possit ad ipsius notitiam perve-  
 „nire. Regulas sanctorum Patrum, &  
 „creta, ordinationes, seu dispositiones  
 „reservations, provisiones, & ma-  
 „data Apostolica totis viribus obser-  
 „bo, & faciam ab aliis observari. Et  
 „reticos, Schismaticos, & Rebelles  
 „dem Domino Nostro, vel Successoribus  
 „bus prædictis pro posse persequar.

„impugnabo. Sacras BB. Apostolo-  
 „rum memorias singulis terminis per-  
 „sonaliter, ac per me ipsum visitabo,  
 „& Domino Nostro, Successoribusque  
 „præfari rationem reddam de commif-  
 „fo mihi munere, deque rebus omni-  
 „bus ad mei Monasterii, seu Ecclesiæ  
 „statum, ad Cleri, & populi discipli-  
 „nam, animarum denique, quæ meæ  
 „fidei creditæ sunt, salutem quovis mo-  
 „do pertinentibus, & vicissim Mandata  
 „Apostolica humiliter recipiam, & quam  
 „diligentissime exequar. Quodsi legi-  
 „timo impedimento detentus fuero, præ-  
 „dicta omnia adimplebo per certum  
 „Nuncium ad hoc dignitate Ecclesia-  
 „stica constitutum, seu alias Persona-  
 „tum habentem, aut, his mihi defi-  
 „cientibus, per aliquem alium Presby-  
 „terum sæcularem vel regularem spe-  
 „ctatæ probitatis, vel religionis, de  
 „supradictis omnibus plene instructum.  
 „De hujusmodi autem impedimento  
 „docebo per legitimas probationes ad  
 „S. R. E. Cardinalem Congregationis  
 „Sac. Concilii Præfectum per dictum  
 „Nuncium transmittendas. Possessio-  
 „nes vero ad Monasterium meum per-  
 „tinentes non vendam, nec donabo, ne-  
 „que oppignorabo, nec de novo infeu-  
 „dabo, nec vel aliquo modo alienabo,  
 „etiam cum consensu Conventus Mona-  
 „stii.

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1740.

Sæc. XVIII. „sterii mei, inconfulto Romano Pontifici  
A. C. 1740. „fice. Et si ad aliquam alienationem  
 „devenero, pœnas in quadam super hæc  
 „edita Constitutione contentas, eo ipso  
 „incurrere volo. Sic me Deus adjuvet  
 „& hæc sancta Dei Evangelia.“

Ad excipiendas autem atque eliminandas relationes Pontifex partem hanc in Congregationem Cardinalium Congregationem præcepit. Demum die decima tertia Decembris centum dierum indulgentiam concessit illis, qui flexis genibus quæbet feria sexta quinquies orationem Dominicam & toties salutationem Angelicam ad sonum campanæ hora tertia post meridiem in memoriam agonie D. N. J. Christi recitaverint.

## §. XXXIII.

*Ejusdem summi Pontificis Epistola Encyclica ad omnes totius Orbis Præfules.*

Ut vero vigilantissimus hic universæ Ecclesiæ Pastor commissio sibi devotissimus officio satisfaceret, omnes Patriarchas, Primate, Archiepiscopos & que Episcopos encyclica epistola ad excipiendas sui muneris partes die tertia Decembris egregie hortabatur. Ita enim loquitur:

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„Ubi primum placuit Deo, qui di-  
 „ves est in misericordia, humilitatem  
 „nostram in suprema Beati Petri Sede  
 „collocare, & Vicariam Domini Nostri  
 „Jesu Christi potestatem Nobis, nullo  
 „quamvis meritorum suffragio suffultis,  
 „ad universæ Ecclesiæ suæ gubernatio-  
 „nem committere; auribus insonare  
 „nostris visa est Divina illa vox: *Pasce*  
 „*agnos meos: pasce oves meas:* injuncta  
 „videlicet Romano Pontifici, ejusdem  
 „Petri Successori, cura regendi, non  
 „modo Gregis Dominici agnos, qui sunt  
 „populi per totum terrarum Orbem dif-  
 „fusi, sed etiam oves, nimirum Epi-  
 „scopos, qui veluti agnorum matres,  
 „pópulos in Christo Jesu generant, ite-  
 „rumque parturiant. Pastoris igitur e-  
 „tiam vestri voces excipite, Fratres,  
 „per has nostras literas; & in partem  
 „solicitudinis, cujus plenitudo com-  
 „missa Nobis Divinitus est, vocati, in-  
 „telligite ex ipsis admonitionibus, &  
 „cohortationibus nostris, quanta Nos  
 „premat cura non prætermittendi ea,  
 „quæ officii nostri sunt, quantaque iti-  
 „dem sit vis paternæ nostræ in vos cha-  
 „ritatis, qua ad maxime optandum ad-  
 „ducimur, ut de profectu sanctarum o-  
 „vium fiant gaudia æterna Pastorum.  
 „In primis vero date operam, omnique  
 „studio, atque ope satagite, ut morum  
 „inte-

Sæc. XVIII. „integritas, & Divini cultus studium  
 A. C. 1740. „eluceat in Clero, utque Ecclesiastica

„Disciplina facta tecta servetur, & ubi  
 „collapsa fuerit, redintegretur. Satis  
 „enim constat, nihil esse, quod omnino  
 „populum ad pietatem, religionem,  
 „Christianæ vitæ institutionem effice-  
 „rius instruat, excitet, inflammet, quam  
 „eorum exemplum, qui Divino se mi-  
 „nisterio dedicarunt. Itaque in id me-  
 „tis vestræ acies primum dirigenda  
 „ut cum accurato delectu ii Clerici  
 „militiæ adscribantur, a quibus tunc  
 „possit expectari, ut iis in lege Domini  
 „ambulantibus, & de virtute in virtu-  
 „tem euntibus, eorum vita cunctis  
 „ferat venerationem, & eorum opera  
 „Ecclesiis vestris spiritualem afferat  
 „utilitatem. Melius enim profecto est  
 „pauciores habere Ministros, sed pro-  
 „bos, & idoneos, atque utiles, quam  
 „plures, qui in ædificationem Corporis  
 „Christi, quod est Ecclesia, nequiquam  
 „sint valituri. Quantam idcirco Episcopi  
 „scoporum cautionem ea in re sacri  
 „congregatiōnes requirant, non ignoratis  
 „tres; sed ab eorum norma, quæ in  
 „divino servari debet, ne patiamini  
 „abduci humano ullo respectu, vel  
 „inopportunis ambientium suggestionibus  
 „vel fautorum precibus. Apostoli  
 „præceptum, ne manus cuiquam

„mis propere imponatur, tum potissi-  
 „mum servari necesse est, ubi de pro-  
 „movendis ad sacros Ordines, & ad sa-  
 „cratissima Mysteria, quibus nihil est  
 „divinius, agendum sit. Non enim  
 „sufficit ætas, quæ per sacras Ecclesiæ  
 „leges unicuique Ordini præscripta est,  
 „nec indiscriminatim omnibus, qui in  
 „inferiori aliquo Ordine jam sint consti-  
 „tuti, suo quasi jure patere debet adi-  
 „ditus ad sublimiorem; sed studiose,  
 „magna adhibita diligentia investigan-  
 „dum a vobis est, an eorum, qui prio-  
 „ra susceperint ministeria, talis fuerit  
 „vivendi ratio, & in sacris scientiis pro-  
 „gressus, ut fere digni judicandi sint,  
 „quibus dicatur: ascende superius:  
 „cum alioquin expediat in inferiori po-  
 „tius aliquos remanere gradu, quam  
 „cum suo majori periculo, & aliorum  
 „scandalo ad altiorem provehi.

„Et quoniam supra, quam dici pos-  
 „sit, interest, eos, qui in sortem Domi-  
 „ni vocantur, ab ineunte ætate ad pie-  
 „tatem, morumque integritatem, & ad  
 „canonicam disciplinam veluti novellas  
 „plantaciones in juventute sua, infor-  
 „mari: cordi idcirco vobis esse debet,  
 „ut ubi forsitan nondum instituta fuerint  
 „Clericorum Seminaria, quam citissime  
 „instituantur vel jam instituta amplifi-

Sæc. XVIII. „centur, si majori Alumnorum num-  
 A. C. 1740. „ro pro Ecclesiarum conditione opus sit  
 „adhibitis in eum finem mediis, quo-  
 „rum parandorum potestate Episcopi  
 „jam sunt instructi, & quibus alia  
 „tiam, si de eorum necessitate edocui-  
 „vobis fuerimus, addituri & nos sumus  
 „Eadem vero Collegia singulari velu-  
 „solicitudine foveantur, necesse est, ve-  
 „delicet ea sæpe invisendo, singulorum  
 „adolescentium vitam, indolem, & in-  
 „studiis profectum explorando, Nisi  
 „stros idoneos, Virosque Ecclesiasticos  
 „spiritu præditos ad eorum culturam  
 „destinando, literarias ipsorum exerci-  
 „tationes sive Ecclesiasticas functiones  
 „quandoque præsentia vestra decoran-  
 „do, aliqua demum Beneficia iis, qui  
 „virtutum suarum specimen clarum  
 „præstiterint, majoremque laudem re-  
 „tulerint, conferendo. Hujusmodi  
 „nim irrigationem arbusculis hisce,  
 „dum adolescunt, ministrasse non va-  
 „pænitebit, sed vestra opera lætissimum  
 „deinde vobis referet fructum in uberi-  
 „bonorum operariorum copia. Cuius  
 „sueverunt quippe Episcopi sæpius do-  
 „lere messem quidem esse multam, ope-  
 „rarios autem paucos. Ast fortasse eis  
 „quoque dolendum esset, non eam, quam  
 „debuissent industriam ipsos adhibuisse  
 „ut operarii ad messem pares aptique

„formarentur: boni namque, & strenui Sæc. XVIII.  
 „operarii non nascuntur, sed fiunt; ut A. C. 1740.  
 „autem fiant, ad Episcoporum solertiam  
 „industriamque maxime pertinet.

„Sed & illud maximi momenti est,  
 „ut iis animarum cura committatur,  
 „qui doctrina, pietate, castis moribus,  
 „& illustribus bonorum operum exem-  
 „plis ita aliis prælucere possint, ut vere  
 „lux, & salus populi sint, & habeantur.  
 „Hi nimirum præcipui adjutores vestri  
 „sunt in grege vobis credito informan-  
 „do, regendo, perpurgando, in viam  
 „salutis dirigendo, & ad Christianas  
 „virtutes incitando. Ex quo pronum  
 „est intelligere, quanti vestra etiam refe-  
 „rat, eos ad Parochiale officium ob-  
 „eundum eligi, qui ad fructuosam ple-  
 „bium gubernationem merito judicen-  
 „tur aptiores. In id vero potissimum  
 „quoque incumbite, ut quicumque a-  
 „nimarum curam gerunt, diligenter,  
 „diebus saltem Dominicis, aliisque fe-  
 „stis de præcepto, plebes sibi commis-  
 „sas, pro sua, & earum capacitate, pa-  
 „scant salutaribus verbis, docendo ea,  
 „quæ Christi fideles ad salutem scire o-  
 „portet, ac explicando Divinæ legis ca-  
 „pita, Fideique dogmata, & pueros  
 „ejusdem Fidei rudimentis imbuendo,  
 „quacumque prava in contrarium con-  
 „sue-



III Sæc. XVIII. „suetudine, ubicunque esset, prorsus  
 A. C. 1740 „sublata. Quomodo enim audient sine  
 „prædicante? Aut quomodo recte cre-  
 „dendi, recteque agendi normam alle-  
 „qui poterunt populi, si animarum co-  
 „ratores in ejusmodi officio segnes, re-  
 „missi, ac desides fuerint? Quare non  
 „satis animo comprehendi, aut veritas  
 „explicari potest, quanta Christianæ  
 „Reipublicæ perniciēs impendat et  
 „eorum, quibus animarum cura de-  
 „mandata est, negligentia in pueris præ-  
 „sertim catechismo instruendis. Prode-  
 „rit autem plurimum, si studueritis, ut  
 „& qui curam animarum gerunt, & pa-  
 „rōlii, qui ad pœnitentium confessiones  
 „excipiendas destinati sunt, per aliquot  
 „dies spiritualibus exercitiis quotannis  
 „vacent: in eo quippe pio recessu renou-  
 „vabuntur spiritu mentis suæ, & indu-  
 „entur virtute ex alto, ad ea impe-  
 „tus, alacriusque peragenda, quæ in-  
 „ter partium sunt pro Divini Numini  
 „gloria, & spirituali proximorum utili-  
 „tate, & salute.

„Jam vero scitis, Fratres, Divini  
 „præcepto mandatum esse omnibus ani-  
 „marum Pastoribus, oves suas agno-  
 „scere, easque verbi Divini prædicatio-  
 „ne, Sacramentorum administratione,  
 „ac bonorum operum exemplo pascere.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„hisque, ac cæteris Pastoralis Officii  
 „munis satisfacere, ut par est, minime  
 „posse eos, qui gregi suo non invigilent,  
 „neque assistant, vineamque Domini,  
 „in qua positi sunt custodes, non custo-  
 „diant assidue. Itaque in statione ve-  
 „stra maneatis oportet, & personalem  
 „in Ecclesia vestra, vel Diœcesi, serve-  
 „tis residentiam, ad quam ex vi mune-  
 „neris vestri obligati estis, quemadmo-  
 „dum pluribus generalium Conciliorum  
 „decretis, & Prædecessorum nostrorum  
 „Constitutionibus luculenter declara-  
 „tum, præscriptumque est. Cavete  
 „autem, ne existimetis fas esse Episco-  
 „pis per tres menses singulis annis pro-  
 „libitu, aut quacumque ex causa ab-  
 „esse. Ut enim hoc vere liceat Episco-  
 „pis, constat habendam esse rationem,  
 „ut absentiam hujusmodi æqua requi-  
 „rat causa, simulque consultum sit, ne  
 „gregi detrimentum obveniat. Memen-  
 „tote autem judicem futurum esse eum,  
 „cujus oculis omnia nuda, & aperta  
 „sunt, adeoque videte, ut causa talis  
 „vere sit, quæ probari jure possit supre-  
 „mo huic Pastorum Principi, a quo o-  
 „vium vobis creditarum sanguis est  
 „quantocius requirendus: in quo qui-  
 „dem judicio frustra Pastor contende-  
 „ret ea se excusatione tueri, quod lupus  
 „oves, absente se, ac nescio, abductas  
 „de-

Sæc. XVIII.

A. C. 1740.

„devoraverit: nam si res penitus in-  
 „ciatur, satis apparet nullum prope  
 „lum, aut scandalum in Diœcesi sic de-  
 „stituta contingere, quod non sit ei ad-  
 „scribendum, cujus erat, subditos a re-  
 „cta semita deflectentes revocare mon-  
 „tis, allicere exemplis, voce com-  
 „mare, auctoritate, & charitate contine-  
 „re. Porro quis etiam non intelligat  
 „multo fatius esse negotia alibi per alios  
 „ubi oportuerit, peragi, quam per  
 „ipsum ab Episcopo extra Diœcesim  
 „suam morante; negotium vero omnino  
 „maximum custodiendi, & gubernandi  
 „gregis ab eo per se, non per admittendos  
 „stros curari? Sint enim vero quantum  
 „vis idonei, probatique Ministri, non  
 „tamen eorum vocem sic solent audire  
 „oves, ut veri sui Pastoris: nec vicariam  
 „illorum operam supplere solent  
 „vigilantiam, atque operam ipsius Epi-  
 „scopi, cui peculiaris sancti Spiritus  
 „gratia ad id opitulatur, experientia  
 „abunde compertum est.

„Ad hæc, cum in omni etiam in  
 „domesticæ cura nihil sit utilius, quam  
 „si ipsemet Paterfamilias omnia frequenter  
 „ter inspiciat, suaque vigilantia suorum  
 „industriam, & diligentiam alat, pro-  
 „pterea vos monemus, & hortamur, ut  
 „Ecclesias, & Diœceses vestras, cum

„gravis, ac legitima interveniat caussa, Sæc. XVIII.  
 „quæ aliis id committi postulet) vos ipsi A. C. 1740.  
 „visitetis, vos ipsi oves vestras, & pe-  
 „coris vestri vultum agnoscatis. For-  
 „midinis sane, ac terroris plena est  
 „certissima illa sententia, non admitti  
 „Pastoris excusationem, si lupus oves  
 „comedit, & Pastor nescit. Multa ve-  
 „ro quidem ignorabit Episcopus, multa  
 „eum latebunt, vel saltem serius, quam  
 „oportet, intelliget, nisi ad omnes suæ  
 „Diæceseos partes se conferat, & nisi per  
 „se ipsum ubique videat, ubique audiat,  
 „ubique exploret, quibus malis medi-  
 „cina facienda sit, & quænam eorum  
 „caussa fuerit, quave ratione occurri  
 „etiam providenter queat, ne sublata  
 „reviviscant. Præterea cum ea sit hu-  
 „manæ imbecillitatis conditio, ut in a-  
 „gro Dominico, cujus cultura commissa  
 „Episcopo est, sensim vepres, & spinæ,  
 „ac noxiæ, inutilesque herbæ succre-  
 „scant, certe nisi ad eas amputandas  
 „cultor crebro redeat, ille ipse nitor vi-  
 „giliis ejus, laboribusque jam progressu  
 „temporis deflorescet. Sed neque etiam  
 „satis est lustrari a vobis Diæceses, &  
 „opportunitis præceptionibus vestris cu-  
 „rationi earum esse prospectum: restat  
 „& illud enixe perficiendum a vobis, ut  
 „quæ in visitationibus constituta fue-  
 „runt, vere in effectum perducantur;  
 „nam

Sæc. XVIII. „nam legum etsi optimarum utilitas  
 A. C. 1740. „nulla erit, nisi quod sancitum veritas  
 „est, re ipsa ab eis, ad quos pertinet  
 „studiose præstetur. Quapropter post  
 „quam ad animarum morbos expellen-  
 „dos, sive avertendos, salutaria præ-  
 „paravistis medicamenta, non ideo sol-  
 „licitudo vestra conquiescat oportet, sed  
 „traditorum a vobis præceptorum ex-  
 „ecutio omni virium contentione urge-  
 „nda est; idque potissimum per iterata  
 „visitationes estis assecuturi.

„Postremo, ut multa paucis con-  
 „plectamur, Fratres, in omni sacra,  
 „Ecclesiastica functione, & in omni  
 „vini cultus ac pietatis exercitio  
 „ipsum auctores, vos duces, vos mag-  
 „istros esse convenit, ut quasi de vestra  
 „sanctitatis splendore, tum Clerus, tum  
 „grex universus lumen hauriat, & cha-  
 „ritatis vestræ igne incalescat. Itaque  
 „in tremendi sacrificii frequenti, & de-  
 „vota oblatione, in solemni Missarum  
 „celebratione, in Sacramentis adminis-  
 „tratione, in Divinis officiis obeundis  
 „in cultu, & nitore templorum, in  
 „disciplina domus, & familiæ vestræ,  
 „in pauperum amore, & ope eis ferendis,  
 „in ægrotis visitandis, & sublevandis,  
 „in peregrinis hospitio excipiendis, in  
 „omni denique Christianæ virtutis ope

Sæc. XVIII.  
A. C. 1740.

„re estote vos forma gregis vestri, ut  
 „omnes imitatores vestri sint, sicut &  
 „vos Christi, quemadmodum decet E-  
 „piscopos, quos Spiritus sanctus posuit  
 „regere Ecclesiam Dei, quam acquisi-  
 „vit sanguine suo. Apostolos itentidem  
 „respicite, in quorum successistis locum,  
 „ut eorum vestigia sectemini in labori-  
 „bus, in vigiliis, in ærumnis toleran-  
 „dis, in arcendis lupis ab ovilibus ve-  
 „stris, in vitiorum radicibus extirpan-  
 „dis, in Evangelica lege exponenda, in  
 „eis, qui erraverint, ad salutarem pæ-  
 „nitentiam reducendis. Aderit profe-  
 „cto vobis omnipotens, & misericors  
 „Deus, in quo nos confortante omnia  
 „possumus: non deerit etiam vobis, ut  
 „plane confidimus, religiosorum Prin-  
 „cipum auxilium. Omnia insuper ad-  
 „jumenta parata vobis erunt ab hac san-  
 „cta Sede, quotiescunque nostra Apo-  
 „stolica Auctoritate opus esse censueri-  
 „tis. Magno itaque animo, magnaue  
 „fiducia venite ad Nos, qui vos cun-  
 „ctos, ut Fratres & adjuutores nostros,  
 „& coronam nostram amamus in visce-  
 „ribus Jesu Christi: venite ad vestram,  
 „& omnium Ecclesiarum Matrem, Ca-  
 „put, & Magistram, sanctam Romanam  
 „Ecclesiam, unde Religionis origo ma-  
 „navit, ubi Fidei petra, ubi fons sacer-  
 „dotalis unitatis, ubi incorruptæ veri-  
 „tatis

Sæc. XVIII. „tatis doctrina; nihil enim Nobis opta  
 A.C. 1740. „tius, nihil jucundius esse potest, quam  
 „una vobiscum Dei gloriæ inservire, &  
 „Catholicæ Fidei custodiæ, ac propa-  
 „gationi allaborare, atque animas ho-  
 „mas facere, pro quibus ipsum quoque  
 „sanguinem & vitam nostram libentibus  
 „me, si oportuerit, impenderemus  
 „Excitet vos demum, stimulosque ce-  
 „rentibus vobis addat ingens, ac certum  
 „quæ vos manet, remuneratio; nam  
 „cum apparuerit Princeps Pastorum  
 „percipietis immarcescibilem gloriæ co-  
 „ronam; coronam utique justitiæ, quæ  
 „reposita est fidelibus dispensatoribus  
 „Mysteriorum Dei, & strenuis, vigi-  
 „busque speculatoribus domus Israël,  
 „quæ est sancta ipsius Dei Ecclesia  
 „Ejus autem vices Nos, quamvis indi-  
 „gni, gerentes in terris, Fraternalibus  
 „vestris peramanter benedicimus, nec  
 „non Clero ac populo vestro fideli, ean-  
 „dem Apostolicam Benedictionem nos-  
 „tram paterno affectu impertimur.“

Paulopost summus Pontifex die trigesima Aprilis anni sequentis Romæ possessionem Pontificiæ suæ Metropolitane Basilicæ ad S. Joannem in Laterano solemniter adiit, ubi Carolus Borbonius Siciliæ utriusque Rex in venerationis suæ testimonium magnificos triumphos

triumphales arcus ac honorum statuas Sæc. XVIII.  
 Romæ erigi curavit. Cum vero Pon- A. C. 1740.  
 tifex probe perspiceret, quod non modo  
 Maria Theresia Hungariæ Regina post  
 Patris sui obitum, sed etiam Hispaniæ  
 Rex Etruriam, Parmam & Placentiam,  
 quem utrumque Ducatum Ecclesia Ro-  
 mana sibi feudi nomine proprium cen-  
 sebat, sibi vendicaturus esset, hinc bel-  
 lum in Italia inde oriturum prævenire,  
 totis viribus conabatur: ut vero præfa-  
 tum Regem sibi amplis demereretur fa-  
 voribus, eidem pro ferendis belli con-  
 tra Anglos moti expensis decimam red-  
 dituum partem ab omni Clero exigendi  
 potestatem fecit, & Hispalensis Archie-  
 piscopatus amplissimos proventus Tole-  
 tano Archiepiscopatu in favorem Lu-  
 dovici Cardinalis Regii Filii adjunxit,  
 pluraque alia ad Regis preces concessit.

§. XXXIV.

*Lutherana sanctio circa impedimenta  
 Matrimonii.*

Sub idem tempus Fridericus Borussiæ  
 Rex die decima tertia Junii, ut in  
 suis ditionibus incolarum numerum au-  
 geret, Prædicantibus inhibuit, ne pro  
 impedimentorum dispensationibus pe-  
 cuniam acciperent, sed potius in om-  
 nibus affinitatis vel consanguinitatis gra-  
 di-



Sæc. XVIII.  
A. C. 1740

dibus nisi a Deo clare sint prohibita, quoscumque gratis conjungant. Accepto hoc Regis decreto Mindenses Prædicantes dubii hærebant, quia gradus a Deo clare sint vetiti; quamvis enim sacram Scripturam omnino clarum esse jactarent, fateri tamen cogebantur, nondum esse decisum, an quosnam casus sacræ Paginæ prohibitionem matrimoniorum extendat, an utrum ad solas duntaxat Personas in illis expressas lex prohibens restringatur, vel an etiam Divina lex *personas ibi non enumeratas propter rationis identitatem complectatur*. Hanc difficultatem aggeri putabant ex eo, quod Levit. XVIII. v. 6. matrimonia inter proximos consanguineos generaliter prohibeantur, nec definitum legatur, an hac lege etiam comprehendantur persone non ibi expressæ, quæ tamen ob rationis identitatem comprehensæ videntur. Id ergo decidi, ac præcipue generaliter regulam statui petebant, *an matrimonium in consanguinitate duntaxat usque ad gradum secundum lineæ collateralis æquatur, & in affinitate ad secundum genus, & in omnibus quoque ceteris casibus, ubi relictus adest parentelæ (quæ tamen sese ultra Fratrum & Sororum liberos consanguinitate, & in affinitate ultra primum gradum non extendit) sint prohibita?* Igitur hæc

hanc quæstionem a suo Principe (utpote Sæc. XVIII. A. C. 1740. cui jus Pontificium in sacra, soli juxta ipsos competit) decidi petierunt, eo quod, addebant ipsi, inconvenientissimum foret, si *cuius matrimonii prohibitionem ex S. literis declarandi facultas concederetur* (forte in quibusdam vel otiosus vel stupidus est spiritus privatus) Hoc ergo dubium dissolvere, ac certum principium, juxta quod occurrentes casus deciderentur, statuere, Berolinensi Consistorio, cui utique præ Mindensi, infalibilitatis donum competiisse necesse est, die duodecima Julii demandatum est, cujus etiam decisio Regis jussu ab omnibus Prædicantibus promulgata, atque executioni data fuit, & Georgius Henricus Styrrer Juris Professor Borussicum hoc edictum edita *commentatione academica de jure dispensandi circa connubia jure Divino diserte prohibita illustravit.*

## §. XXXV.

*Scriptorum Religione Catholicorum opera & obitus.*

Hoc item anno plures eruditione clarissimi Viri Orbi literario per commune mortalium fatum erepti fuere. Hos inter primum sibi locum vendicat Cacciaturus de Arachiele natione Armenus, Theologiæ Doctor ac Missionarius, qui Arzerone in Armenia minore natus  
*Hist. Eccles. Tom. LXXVII. Y tus*

Sæc. XVIII  
A. C. 1740.

tus, decimo quinto ætatis anno Romanus, pervenit, ibidemque in Collegio Congregato de propaganda fide confecto laudabilissime studiorum cursu tam Venetiis, quam Constantinopoli suis Concionibus non minus facundis quam fervidis, vastaque sua eruditione magnum sibi nomen comparaverat. Obiit Venetiis die secundæ Maii: Posteris reliquerat summam universæ Theologiæ, necnon universalis Theologiæ speculativæ, dogmaticæ, positivæ & moralis opus, præsertim introductionem ad Christianæ vitæ mores armenice scriptam, cujus tamen editio nondum erat absoluta, cum Author vivis eriperetur: quocirca Abbat Micatarus eidem ultimam manum præmovit. II. Petrus Julianus Rouille Marseus edidit, & Romanorum Historiam a P. Catrou editam notis & dissertationibus illustravit, utilemque operam ad edendas Patris Orleans revolutionis Hispanas & ad Trivoltiensis ephemeras junxit. Decessit die septima prædicti Mensis. III. Nicolaus Commenus Padopoli in Universitate Patavina Professor juris Pontificii, & ad S. Zenobium Abbas, qui Cretæ natus duodecimo ætatis anno Romam deductus, in Collegiis S. Athanasii sacratioribus literis operam dedit, ac tandem Patavii anno ætatis octogesimo quinto die vigesima

narii decessit. Scripsit Historiam Gymna-  
 sii Patavini, Prænotiones mystagogicas  
 ex jure Canonico, testimonium Græciæ  
 sapientis, tractatus de probationibus, de  
 præsumptionibus, de hæreticis, de pote-  
 state usurarum, de differentia græcorum  
 & latinorum Episcoporum, epistolam  
 contra Jobum Hokston hæreticum, & tra-  
 ctatum ad titulum de testibus. Nondum  
 edita asservantur I. ejus instituta Græco-  
 latina, II. Opus annorum de Ecclesiæ  
 Græcæ Sanctis, & III. carmina. IV. In-  
 nocentius Pokorski Ord. Eremit. S. Pau-  
 li, qui Varsoviæ publici juris fecit vitas  
 SS. Patrum Paulinorum ex S. ejusdem  
 Ordinis annalibus excerptas V. Paulus  
 Antonius Monelia Carmelita, qui Italice  
 reddidit celebratissimum opus sub titulo:  
*Entretiens sur l'éloquence de la chaire & du  
 Bureau*: ipse vero elucubravit sacras re-  
 flexiones in gesta magis heroica S. The-  
 resæ, mysticam enumerationem obse-  
 quiorum erga eandem, vitam S. Joannis  
 a Cruce, synopsis miraculorum S. Mariæ  
 Magdalenæ de Pazzis &c.

## §. XXXVI.

*Scriptores A catholici hoc anno mortui,  
 eorumque Lucubrationes.*

Occurrunt insuper ex A catholicis non-  
 nulli, qui relictis ingenii sui monu-  
 mentis hoc anno decessere: ex his pri-  
 mus est celeberrimus Georgius Melchior

Y 2

Lu-

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1740.

Sæc. XVIII. Ludolf Judicii Cameralis Assessor, juris  
 A. C. 1740. que Doctor, qui prelo subiecit suum cele-  
 diasma de comitiorum statu, necnon de  
 ctatum de introductione Juris primop-  
 nitorum & de jure sæminarum illustri-  
 præter alia quam plurima, potissimum  
 circa statum Cameralis Judicii & comi-  
 tiorum. II. Erhard Rausch, qui postea  
 reliquit disputationes de eo, quod hunc  
 num habetur in rebus Philosophicis per-  
 tractandis, de Republicæ Romanæ  
 de populi Romani Quæstoribus & Quæ-  
 riiis, de Christo hærede scripto, de  
 naturæ immutabili, de titulo Imperatoris,  
 de Bibliothecis Romanorum, de  
 & præstantia actorum Pacis Westphal-  
 cæ, commentarium in illud Pauli Chæ-  
 II. 18. & in hymnum Angelicum  
 II. 14. præter alia non pauca. III. Petrus  
 ricus Opfergeld Lutheranus, qui publicum  
 juris fecit Dissertationem Ethicam, de  
 lem Onesimum, præcipua S. Scripturæ  
 & Ecclesiæ fata &c. IV. Joannes Le-  
 man, qui edidit disputationes de ling-  
 hebraicæ facilitate, de certaminibus  
 ruditorum, de cognitione certa & præ-  
 babili, de præcipuo præcepto ad Jeremiam  
 XIII. 34. de adminiculis moralibus  
 conversione Paganorum, de vera &  
 cta comparatione rationis & fidei, &c.  
 lia quædam. V. Joannes Georgius  
 Abicht, qui scripsit selecta rabbinica  
 Philologica, methodum linguæ hebræ-  
 cæ

æ, artem distincte legendi & interpre- Sæc. XVIII.  
 tandi scripturam V. T. Accentum He- A. C. 1740.  
 bræorum explicatum unacum vindiciis  
 contra Franckium, theses de quibusdam  
 naturalis Theologiæ capitibus, annota-  
 tiones ad vaticinia Habekuki, disputa-  
 tiones de Jona fugiente, de damno A-  
 theismi in republica, de oraculo Isaïæ  
 c. IX. & alia quam plurima prorsus sin-  
 gularia, quæ in Jöcheri Lexico recen-  
 sentur. VI. Joannes Philippus Baratier,  
 qui sexto ætatis anno jamjam Gallicum,  
 latinum, Germanicum, Græcum & he-  
 braicum idioma sibi familiare fecit, dein  
 octo annos natus, textum originale S.  
 Scripturæ perfecte intellexerat, ac po-  
 stea Rabbiniæ, Chaldaicæ, Syriacæ &  
 Arabicæ linguis, necnon Ecclesiasticæ  
 Historiæ antiquitatibus, & chronolo-  
 gicis ac Mathematicis disciplinis o-  
 peram dabat, sed nondum expleto  
 vigesimo ætatis anno decessit. Edi-  
 dit epistolam in novam editionem  
 Bibliorum hebraico-Chaldaico-Rab-  
 binorum, aliam, qua scriptum quod-  
 dam falso Athanasio adscriptum He-  
 gesippo adjudicat, dissertationes de  
 ordine Romanorum in constituendis  
 Pro-Consulibus, & de Theodoreto:  
 itinerarium Rabbi Beniamini unacum  
 dissertationibus Historico-Criticis: Con-  
 spectum Canonis Ecclesiastici Scriptu-  
 ræ S. Antiartemonium seu initium  
 Y 3 S.

Sæc. XVIII. S. Evangelii Joannis, varias theses  
 A. C. 1740. inaugurales; Vindicias Monarchiæ  
 Siculæ & Historiam succinctam de  
 controversia inter Clementem XI. Pa-  
 pam & Siciliæ Regem, de raro nummo  
 Caligulæ, disquisitionem Chronologicam  
 de successione Episcoporum Romanorum  
 usque ad Victorem Papam, præter  
 alia nondum satis elaborata. VII. Ge-  
 frid Boëttner, qui elucubravit de  
 viventium obligatione erga mortuos  
 de eruditis sibi mortem accelerantibus  
 de malis eruditorum uxoribus, de Sabi-  
 tho lege naturæ præcepto, de potestate  
 Dei, de emendatione mentis humanæ  
 &c. VIII. Joannes Noltem, e cuius  
 lamo profluxere dissertationes de  
 angelis, de judicio Sanctorum in mun-  
 do, de Angelis, quæstio, an Anglicana  
 ecclesia proximius accedat ad Calvi-  
 nam vel Lutheranam, theses de  
 doctrina Protestantium, de chymicis  
 artibus &c.

